 Pango is. pepigi. pactum. Impingo impingis impegi impactum.  
 Ego agis egi actum. Adigo adigis adegi adactum.

Aliquando. a. supini verbi simplicis vertitur in. e. vt

Facio facis feci factum. Conificio conficis confeci confectum.  
 Facio facis ieci iactum. Conificio is. confeci coniectum.

Lapio capis cepi captum. Concipio concipis concepti conceptum.  
 Rapio rapis rapui raptum. Corripio corripis corripui correptum.

Lano canis cecini cantum. Occino occinis occinui occentum.  
 Sunt verba que in compositione mutant conjugationem. vt

Dō das dedi. Reddo reddis reddidi. Addo addis addidī.  
 Cubo as. cubui. Accumbo is. accubui. Procumbo is. procubui.

Facio facis feci. Amplifico amplificas amplificauī.  
 Sapio sapis sapere. Resipio resipis resipire.

Sunt etiam verba que mutant genus in cōpositione. vt eo is. quod est neutrum. pretereo is. adeo is. r. fere omnia cōposita ab illo que sunt actiua. Preterea facio facis. quod non habet factor faceris. perficio perficis: habet perficior perficeris. mutat etiam genus in cōpositione. versificor versificaris. quod est deponens.

De rotomatris orthographie

Sunt etiam verba que reperiuntur tantum in compositione. vt pello. as. Appello appellas. Compello compellas. Cino as. Inclino as. Rectino as. Declino as. Cuso cusas. Accuso as. Recuso as. Ineuso as. Sipo as. Dissipo as. Frigero as. Refrigero refrigeras. Fragoz aris. Refragoz aris. Suffragoz aris. Pleo es. Impleo es. Copleo. es. Depleo es. Leo les. Deleo es. Releo es. Spicio is. Aspicio is. Despicio is. Conspicio is. Respicio is. Licio is. Elicio is. Pellicio. is. Illicio is. Allicio is. Fendo is. Offendo is. Defendo is. Pedio. is. Impedio is. Compedio is. Expedio is. Prepedio is.

¶ Finis secundi libri.

**L**iber tertius qui est de erotematris: hoc est de interrogationib? quibus pueri de omnibus grammaticis partibus interrogandi sunt.

¶ De erotematris grammaticis. Cap. primum.



Te mihi quam artem profiteris? R. Grammaticam.

Quid est grammatica? Scientia recte loquendi recteque scribendi ex doctissimorum virorum usu atque auctoritate collecta.

Unde dicitur grammatica? A grammatis hoc est literis, quasi scientia literaria.

Quotuplex est grammatica? Quintiliano auctore duplex. Historice: que in enarrandis auctoribus versatur ad imitationem posita. Et metho dice. que artis precepta continet.

Quor sunt partes preceptive grammaticis? quatuor. Orthographia: cui respondet littera. Prosodia: cui respondet syllaba. Etymologia: cui respondet dicitio. Syntaxis: cui respondet partium orationis constructio.

¶ De erotematris orthographie. Cap. ii.

**Q**uid est orthographia? Scientia docens quibus literis queque dicitio scribenda sit.

Unde dicitur orthographia? Ab orthos quod est rectum: et grapho scribo. quasi scientia recte scribendi.

Quid est littera? Vox que scribi potest indistincta.

Unde dicitur littera? A lituris. quod antiqui tabulis ceratis scribere solebant: et postea delere.

Quot sunt littere in usu apud Latinos? Due et viginti. et h. que non est littera: sed aspirationis nota.

Quot sunt genera litterarum? duo. quedam enim sunt vocales: quedam vero consonantes.

Quid est vocalis? littera que per se et pura pronunciaripotest. Unde et vocalis dicitur: quod per se ipsam vocem habeat.

Quot sunt vocales? sex. a. e. i. o. u. y. phiion.

### Liber tertius.

- Quid est consonans? litera: que nisi feriat vocalem pronunciari non potest. Unde et consonans dicitur: quod cum vocali sonet.**
- Quot sunt consonantes? sexdecim relique a vocalibus.**
- Quot sunt species consonantium? due: quodam enim sunt mute et quodam semivocales.**
- Quot sunt mute? novem. b. c. d. f. g. l. p. q. t.**
- Quot sunt semivocales? septem. l. m. n. r. s. x. z.**
- Quare dicitur mute? quia in participatione vocalium: et semivocalium nihil proprie sonent.**
- Quare dicuntur semivocales? quia in sonoritate prime ad vocales accedunt.**
- Quod accidunt literae? quibus nomen, figura, potestas, cognatio, ordo.**
- Quid est nomen in litera? vocabulum quo unaqueque appellatur ad aliarum literarum discretionem.**
- Quid est figura in litera? eius descriptio certis lineamentis terminata puta. longa, brevis, rotunda.**
- Quid est potestas in litera? Ipsa literae pronuntiatio propter quam et figure et nomina sunt adiumenta.**
- Quid est cognatio in litera? quodam affinitas quam alia in aliam commutat, aut per interpretationem, ut alida, leda, aut per derivationem, ut a tegeo toga, aut per compositionem, ut ab amice inimice, aut per declinationem, ut a facio feci.**
- Quid est ordo in litera? ratio demonstrans que preponi queve subsequi debeat in pronuntiatione.**
- Quotuplex est ordo in literis? duplex: scilicet in vocalibus et in consonantibus.**
- Quid est ordo in vocalibus? quod cum in diphthongo coeunt: quedam semper preponuntur, ut a. o. y, quedam semper postponuntur, ut i. u. quedam aliquando preponuntur: aliquando postponuntur, ut e.**
- Quid est diphthongus? conglutinatio duarum vocalium in eadem syllaba suam vim retinentium.**
- Unde dicitur diphthongus? a dis quod est bis, et phongus sonus: quasi duplex sonus.**
- Quot sunt diphthongi quibus utuntur latini? sex, ae, ubi supprimitur a, et profertur e, ut muse, au, ubi profertur a, et rapitur u, ut audio, ei, ubi supprimitur e, et profertur i, ut penthesilen, ubi profertur e, et rapitur u, ut pentbens, vi, ubi utraque vocalis in, i, longum profertur, ut harpria, e, ubi supprimitur o, et profertur e, ut poena.**
- Quid est ordo in consonantibus. Quod plures quam tres non possunt precedere vocalem: nec plures quam totidem succedere, ut serobos, stirps. Et quod si sequens syllaba incipiat a vocali: necesse est precedentem in vocali desinere quodque si precedens syllaba in consonante desinit: necesse est sequentem a consonante incipere. Quodque non est necesse si sequens syllaba a consonante inceperit: precedentem quoque in consonantem desinere, ut lego, quod regule sunt vere in dictionibus simplicibus: non tamen in compositis.**

**Q**uis est profodia? Scientia demonstrans quo accentu queq; dictionis syllaba proferatur.

Unde dicitur profodia? A pros, qd est ad, et ode catus; quasi accentus.

Idem latini tum uoculatione, tum tenorem, tum tonum interpretati sunt.

Quid est syllaba? Comprehensio literarum enunciata que uno accentu et uno spiritu indistincte proferatur.

Unde dicitur syllaba? A syllabi quod est comprehendere.

Quot accidunt syllabe? Quatuor. Tenor, spiritus, Tempus, et Literarum numerus.

Quid est tenor in syllaba? Modus quo aut eleuatur, aut deprimitur, aut eleuatur simul et deprimitur.

Quot sunt tenores? tres, acutus, gravis, et circumflexus. Acutus enim est quo syllaba eleuatur, gravis, quo syllaba deprimitur, Circumflexus quo syllaba partim eleuatur partim deprimitur.

Quid est spiritus in syllaba? qualitas quedam, qua aspere et leniter syllaba proferatur.

Quid est tempus in syllaba? Duratio vel tractus in quo syllaba pronuntiat.

Quotuplex est tempus in syllaba? Duplex: quia aut habet unum tempus in quo proferatur, et dicitur breuis; aut habet duo tempora et dicitur longa.

Quid est numerus in syllaba? Comprehensio literarum syllaba constituentium.

Quot possunt esse litere in syllaba? Et multum sex, ut minimum una, sed tunc proprie non dicitur syllaba, cum plures literas non comprehendat.

**Q**uid est etymologia? Scientia ostendens veram dictionum originem cum reliquis accidentibus.

Unde dicitur etymologia? Etymon, quod est verum; et logos sermo, quasi veriloquium; quod Cicero reformidans notationem appellat, hec ab Aristotele symbolum; a quibusdam originatio dicitur.

Quid est dictio? Prima pars orationis constructe, et in ordine compositae.

Dictioni quot accidunt? quatuor, significatio, etymologia, figura, et ordo.

Quid est significatio in dictione? Illud quod breuiter ostenditur quid dictio significet.

Quid est etymologia? Dicit esse scientiam qua ostendit veram dictionis originem.

Quid est figura in dictione? Forma que dictio simplex a composita distinguit.

Quid est ordo in dictione? Qualitas qua in oratione alia semper preponitur, alia semper postponitur, alia modo preponitur modo postponitur.

Partes orationis quot sunt? Octo. Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Prepositio, Aduerbium, Interiectio, Coniunctio.

Quot sunt partes orationis declinabiles? Quatuor. Nomen, Pronomen,

Liber tertius.

men. Verbum. Participium.

Quot sunt partes orationis indeclinabiles? quatuor. Prepositio. Ad  
uerbium. Interiectio. Coniunctio.

¶ De erotematis nominum. Cap. v.



Qua pars orationis est? Nomen.

Quid est nomen? Pars orationis declinabilis corpus aut  
rem proprie communiterue significans.

Unde dicitur nomen? Ab onoma grece. quod latine inter-  
pretatur nomen. vel dicitur nomen quasi notamen.

Quotplex est nomen? Duplex. substantiuum ⁊ adiectiuum.

Quod est nomen substantiuum? quod substantiam vel quasi substantiā  
significat. vt homo. albedo.

Quod est nomen adiectiuum? quod adiectum substantiuo significat in  
eo aliquid accidens. vt homo bonus.

Quis igitur quale nomen est? Substantiuum. significat enim rem per  
se subsistentem obnoxiamq; accidentibus.

Nomini quot accidunt? Sex. Qualitas. species. genus. numerus. figu-  
ra. casus cum declinatione.

Quid est qualitas in nomine? Accidens per quod proprium nomen a  
communī siue appellatio distinguitur.

Quod est nomē propriū? qd vni tm cōuenit. vt calliope vni ex nouē musis.

Quod est nomē cōe? qd pluribus cōuenit. vt musa calliope. vrania elio.

Quid est species in nomine? Illud quod primitiuum nomen a deriva-  
tuo separatur.

Species nominū quot sunt? Due. Primitiua que a se nō trahitur:  
vt mons. Deriuatiua que aliunde deriuatur. vt montanus a monte.

Quis igitur cuius speciei est? Deriuatiue speciei. dicitur enim a mōso  
quod est inquirō.

Deriuatiuorum nominū quot sunt differentie? Nouē. Patronymicū.  
Possessiuum. Denominatiuum. Diminutiuum. Comparatiuum. Su-  
perlatiuum. Verbale. Participale. Aduerbiale.

Quod est nomen patronymicum? Quod significat filium vel fillam. ne-  
potem vel neprem: vel aliquem ex posteris illius a quo deriuatur. vt  
priamides filius vel nepos vel aliquis ex posteris priami.

Quod est nomē possessiuum? qd cum genitiuo sui principalis significat  
aliquid ex iis que possidentur. vt euandrius enfis pro euandriensis.

Quod est nomē denominatiuum? qd a noie deriuat neq; denominatur ab  
aliqua speciali significatione. vt a iustus iusticia: a sapiens sapientia.

Quod est nomen diminutiuum? quod significat diminutionem sui prin-  
cipalis. vt a rege regulus.

## De erotesmaris nominum.

**Quod est nomen comparatiuum?** quod cum intellectu positiuū vel alio quo particeps sensus positiuū significat magis aduerbium, vt iustior magis iustus, inferior magis infra.

**Comparatiua vnde formantur?** a nominibus adiectiuis que possunt incrementum diminutioneq; suscipere, vt a bonus bona bonum melior a doctus docta doctum, doctior. Et a verbis, vt a detero deterior. Et ab aduerbiis et prepositionibus, vt a pridem prior, ab ultra vltior.

**Comparatiua quomodo formantur?** In nominibus adiectiuis scēse declinationis formantur a genitiuo terminato in .i. addita or, vt albus albi albius.

In nominibus vero tertie declinationis a datiuo addita or, vt fortis, forti fortior. A nominibus habentibus vocalem ante is, vel us, comparatiua non formantur: sed suplentur ex hoc aduerbio magis et positiuo: vt tenuis magis tenuis, arduus magis arduus.

**Quod est superlatiuum nomen?** quod ad plures sui generis comparatum omnibus superponitur: vel per se prolatum significat quantum positiuum cum hoc aduerbio valde, vt plato precorū doctissimus et plato doctissimus: id est valde doctus.

**Superlatiua vnde formantur?** ab eisdem nominibus adiectiuis: vnde formantur comparatiua.

**Superlatiua quomodo formantur?** In omnibus adiectiuis in er, desinentibus, superlatiua formantur addita rimus, vt tener tenerrimus, pauper pauperrimus. Alias vero aut positiuua sunt secunde declinationis: aut tertie. Si secunde declinationis: superlatiua formantur a genitiuo terminato in .i. addita .s. et simus, vt albus albi albiissimus. Si tertie: formantur addita simus, tantum, vt fortis fortissimus.

**Patitur iste regule exceptionē?** nimirum patitur, quoniam et a verbis et ab aduerbiis et prepositionibus aliquādo formantur. Sed a nominibus irregularia quedam non legitime formantur: de quibus alias.

**Quod est nomen verbale?** quod a verbo deriuatur, vt ab amo amas: hic et hec amabilis et hoc amabile.

**Quod est nomen participiale?** quod a participio deriuatur, vt a lectus lectio et lector.

**Quod est nomen aduerbiale?** quod ab aduerbio deriuatur, vt a perendie perendinus perendina perendinum.

**Quid est genus in nomine?** Illud quo masculinum a feminino distinguitur, et neutrum ab utroq;.

**Genera nominū quot sunt?** Septem, Masculinum, Femininum, Neutrum, Commune duorum, Commune trium, Dubium, Promiscuum.

**Quod est nomen masculinum?** quod declinatur cum hic, vt hic dominus dominus, hic sermo sermōnis.

Liber tertius.

- Q**uod est nomen femininum? Quod declinatur cum hec. vt hec musa musa. hec terra terre.
- Q**uod est nomen neutrum? quod declinatur cum hoc. vt hoc templum templi. hoc regnum regni.
- Q**uod est nomen commune duorum? quod declinatur cum hic et hec. vt hic et hec sacerdos. hic et hec conuua.
- Q**uod est nomen commune trium? quod declinatur cum hic et hec et hoc vt hic et hec et hoc prudens. hic et hec et hoc felix.
- Q**uod est nomen dubium? quod declinatur cum hic vel hec. vt hic vel hec finis. hic vel hec coeter.
- Q**uod est nomen promiscuum? quod cum articulo hic vel hec significat animalia ut iusque sexus. vt hic miluus. hic mus. hec aquila. hec dorcas.
- U**sa igitur cuius generis est? feminini generis: declinatur enim cum hoc articulo hec. vt hec musa musa.
- D**a regulam generis? Nomen quod sit in. a. finitum dic muliebre: neque enim ab ea excipitur musa.
- Q**uid est numerus in nomine? Incrementum quantitatis ab uno usque ad plura procedens.
- N**umeri nominum quot sunt? Duo Singularis qui unum significat. vt homo. Pluralis qui plura. vt homines.
- U**sa igitur cuius numeri est? Singularis numeri: quia unum significat tantum.
- Q**uid est figura in nomine? Illud quo nomen simplex a composito distinguitur.
- F**igure nominum quot sunt? Due simplex. que non potest diuidi in partes significatiuas eius quod integrum significabat. vt parens. Composita. que potest diuidi in partes significatiuas eius. quod ante compositionem significabant. vt parricida.
- U**sa igitur cuius figure est? Simplicis. nihil enim significat numerus et substantia per se separata.
- Q**uid est casus in nomine? Quidam gradus declinationis: per quos nomen in eccitur variaturque.
- C**asus nominum quot sunt? Septem. Nominatiuus. genitiuus. datiuus. accusatiuus. uocatiuus. ablatiuus. effectiuus. semper ablatiuo similis.
- Q**uare dicitur nominatiuus? Quia per illum nominatur. rectus uero idem dicitur: quia aliunde non cadit.
- Q**uare dicitur genitiuus? Quia per eum ostendimus cuius sumus filii. vt Antonus Iohannis.
- Q**uare dicitur datiuus? quia in illo casu ponimus illum cui aliquid datur. vt do tibi pecunias.
- Q**uare dicitur accusatiuus? quia in eo casu ponimus illum quem accusamus. vt pompeius accusat cesarem.

**De erotematis Pronominum.**

**Quare dicitur vocatiuus?** quia in eo casu ponimus illum quem vocamus.  
omni causa mihi causas memora.

**Quare dicitur ablatiuus?** quia in eo casu ponimus illum a quo aliquid auferimus. vt ego aufero a te libros.

**Quare dicitur effectiuus?** quia in eo casu ponimus instrumentum quo aliquid efficitur. vt ego peto te saxo.

**Abusa igitur cuius casus est?** Nominatiui: siue vocatiui: siue ablatiuus: quia in his casibus declinando reperitur.

**Quid est declinatio in nomine?** Vocis variatio que circa finem tantum attenditur, vt musa muse musam.

**Declinationes nominum quot sunt?** Quinq;. Prima que mittit genitiuum in e. diphthongon. vt musa muse. Secunda: que mittit genitiuum in i. vt dominus domini. Tertia: que mittit genitiuum in is. vt sermo sermonis. Quarta que mittit genitiuum in us. vt sensus sensus. Quinta: que mittit genitiuum in ei. vt dies diei.

**Abusa igitur quate declinationis est?** Prime: mittit enim genitiuum in e. diphthongon. vt musa muse.

**Quotuplex est nominu inflexio?** Sexuplex. Anoptota inflexio est: cum per oes casus nomen variat. vt nro ador. qto ador. dfo ador. &c. Diprotota inflexio est: cum per duos casus tantu nomen variatur. vt sapo saphus. Triprotota inflexio est: cum per tres casus nomen variat. vt templu templi templo. Tetraprotota inflexio est: cum per quatuor casus nomen variatur. vt deus dei deo deu. Pentaprotota inflexio est: cum per quinque casus nomen variatur. vt sermo sermonis sermone sermonem a sermone. Hexaprotota inflexio est: cum per sex casus nomen variatur. vt vnus vnus vni vnum. o vne ab vno.

**De erotematis pronominum. Cap. vi.**

**Quo que pars orationis est?** Pronomen.

**Quid est pronomen?** Pars orationis declinabilis que pro nomine proprio cuius accipitur: personasque finitas recipit. vt ego. tu. ille. Unde dicitur pronomen? A pro prepositione et nomen. quia pro eo ponitur in oratione.

**Pro nomi quot accidunt?** Sex. Species. Genus. Numerus. Figura Persona. Casus cum declinatione.

**Species pronominum quot sunt?** Due sicut in nomine. Primitiua. vt ego. tu. Deriuatiua. vt meus. tuus.

**Quot sunt pronomina primitiua?** Octo. ego. tu. sius. hic. ille. iste. ipse. se.

**Quot sunt pronomina deriuatiua?** Septem. meus. mea. meum. tuus. tua. tuum. suus. sua. suum. noster. nostra. nostrum. vester. vestra. vestrum. nostras. nostratis. vestras. vestratis.



**Liber tertius.**

**Ego** igitur cuius speciei est? Primitiue. nō enim aliūde trahitur quam grece dicitur ego. Fac ex eo deriuatiuum. **Ab** eus mea meum.

**Genera** pronominiū quot sunt? quatuor. **Ab** asculinum. vt meus. **Fem**inimum. vt mea. **Neu**trum. vt meum. **Cō**mune trium. vt ego nostras.

**Numeri** pronominiū quot sunt? **Duo** sicut in nomine. **Singularis**. vt ego. tu. **Pluralis**. vt nos. vos.

**Figure** pronominiū quot sunt? **Due** sicut in nomine. **Simplex**. vt hic hec hoc. **Composita**. vt isthic isthec isthoc.

**Quot** modis componuntur pronomina? **Quattuor**. **Primo** cum nominibus. vt eiusmodi. huiusmodi. **Secundo** cum altero pronomine. vt isthic isthec isthoc. **Tertio**: cum prepositione. vt mecum tecū. **Quarto**: cum aduerbijs aut syllabicis adiectionibus. vt egomet.

**Quot** sint adiectiones syllabice? **Quattuor**. met. te. ce. te. vt egomet. tu. tehisce. meapre.

**Personę** pronominiū quot sunt? **Tres**. **Prima** que de se loquitur. **Secunda**: ad quam prima loquitur. **Tertia** de qua prima loquitur.

**Quot** sint proia prime psonę? **Unū** tm̄. nominatiuo ego. genitiuo mei.

**Quot** sunt pronomina scđe psonę. **Itē** unū nominatiuo tu. genitiuo tui cum omnibus uocatiuis nominum. pronominiū participiorum.

**Quot** sunt pronomina tertie psonę? **Reliqua** omnia.

**Casus** pronominiū quot sunt? **Septē** sicut in noie. **Larent** tamen uocatiuo oia proioia preter q̄tu. meus mea meū. noster nostra nostrum. nostras nostratis. **Laret** etiā uocatiuo cū uocatiuo. **Genitiuo** sui.

**Declinationes** pronominiū quot sunt? **Quattuor**. **Prima**: que mittit genitiuū in. i. vt ego mei. tu tui. **Genitiuo** sui. **Scđa**: q̄ mittit genitiuum in ius. vt hic huius. iste istius. ille illius. ipse ipsius. is eius. **Tertia** q̄ mittit q̄m in. i. e. i. vt meus mea meū. mei mee mei. tuus tua tuū. tui tue tui. suis sua suum. sui sue sui. noster nostra nostrum. nostri nostre nostri. uester uestra uestrum. uestri uestre uestri. **Quarta**: que mittit genitiuum in is. vt nostras nostratis. uestras uestratis.

**De erotematis uerborum. Cap. vii.**

**Quo** que pars orationis est? **Uerbum**.

**Quid** est uerbum? **Pars** orationis declinabilis cum modis et temporibus sine casu: agendi uel patendi significatiua.

**Unde** dicitur uerbum? **U** uerbero uerberas: quia uerberato aere oratio profertur que sine uerbo esse non potest.

**Uerbo** quot accidunt? **Octo**. **Genus**. **Modus**. **Tempus**. **Numerus**. **Persona**. **Species**. **Figura**. **Cōiugatio**.

**Genera** uerborum quot sunt? **Quinq̄**. **Actiuum**. **Passiuum**. **Neu**trū. **Cōmune**. **Deponens**.

De epiroematis verborum.

Quod est verbum actiuum? quod desinit in o. 7 habet passiuum in oz. vt amo amas. amor amaris.

Quod est verbum passiuum? quod desinit in oz. 7 habet actiuum in o. vt amor amaris: ab amo amas.

Quod est verbum neutrum? quod desinit in o. 7 non habet passiuum in oz. vt seruis. is. non habet seruisoz. iris.

Quod est verbum deponens? quod desinit in oz. 7 tamen habet actiuum si gnificationem. vt loquor loqueris.

Quod est verbum cõmune? quod desinit in oz. 7 habet actiuum 7 passiuum si gnificationem. vt amplector amplecteris.

Umo igitur quod verbum est? Actiuum. quia habet passiuum in oz.

Modi verborum quot sunt? Quinq;. Indicatiuus. Imperatiuus. Optatiuus. Subiunctiuus. Infinitiuus.

Quis est indicatiuus modus? quo indicamus aliquid fieri. vt ego amo: tu amas. ille amat.

Quis est imperatiuus modus? quo imperamus vel prohibemus vel exhortamur vel permitimus aliquid fieri. vt o Antoni lege. ne legas.

Quis est optatiuus modus? quo optamus aliquid fieri. vt vtinam legerẽ.

Quis est subiunctiuus modus? qui indiget altero verbo. vt perfectum sensum significet. vt si legeris. audiam.

Quis est infinitiuus modus? qui caret numeris 7 psonis: 7 indiget verbo alterius modi: vt aliquid determinatũ significet. vt cupio legere.

Umo igitur cuius modi est? Indicatiui modi.

Tempora verborum quot sunt? Sex. Presens. Preteritũ imperfectũ. Preteritum perfectum. Preteritum plusq; perfectum. Futurum imperfectum. Futurum perfectum.

Quod est tempus presens? quo aliquid in presentiarum fieri ostendim; vt ego lego: tu audis.

Quod est preteritum imperfectum? quo ostendimus: quod aliquid fieri bar: sed non fuit perfectum. vt ego legebam. tu audiebas.

Quod est preteritum perfectum? quo ostendimus aliquid iam factum atq; perfectum esse. vt ego legi. tu auduisti.

Quod est preteritum plusq; perfectum? quo ostendimus id q; factũ est in ueterasse citra preteritum perfectum. vt ego legeram anteq; tu venisti.

Quod est futurum imperfectum? quo ostendimus aut promittimus nos aliquid inchoaturos. vt ego legam cras.

Quod est futurum perfectum? quo ostendimus aut promittimus quod ad certum tempus aliquid erit a nobis factum. vt ad horam legero.

Umo igitur cuius temporis est? Presentis temporis.

Numeri verborum quot sunt? Duo. sicut in nomine. Singularis qui de

### Liber tertius.

uno tantum loquitur. vt ego amo. Pluralis qui de pluribus loquitur. vt nos amamus.

**Amo igitur cuius numeri es? Singularis numeri.**

**Personae verborum quot sunt? Tres.** Prima que de se sola vel de se cum aliis loquitur. vt ego lego. nos amamus. Secunda ad quam solam vel cum aliis prima loquitur. vt tu amas. vos amatis. Tertia de qua sola vel de quibus prima loquitur. vt Licero legit. homines legunt.

**Species verborum quot sunt? Due sicut in nomine.** Primitiua: vt lego legis. Deriuatiua. vt lectito lectitas.

**Deriuatiuorum verborum forme quot sunt? Septem.** inchoatiua. meditatiua. desideratiua. frequentatiua. diminutiua. denominatiua. aduerbialis.

**Que dicuntur inchoatiua? que Laurentius dicit continuu incrementu passionis in nate significare: suntque tam a verbis neutris absolutis secunde coniugationis: formanturque a secula persona singulari presentis indicatiui modi. addita co. vt tepeo es. tepeesco is. id est. in oras magis tepefio.**

**Que dicuntur verba meditatiua? que Laurentius appellat desideratiua: suntque ab vltimo supino addita rio. hec fere ab edo is. esu. esurio. is. a cenao as. cenatio. cenaturio. is. a pario. is. ptu. pturio. is. a meio. is. mictu. micturio. a caco. as. cacatio. cacaturio. is. ab emo. is. emptu. empturio. is.**

**Que dicuntur desideratiua? Que Laurentius non mentis affectum: sed actum corporis significare dicit. Sunt vero quam rarissima. vt viso. visis. laceso lacesis. faceso facesis. capesso capessis.**

**Que dicuntur frequentatiua? que assiduam in agendo vim habere significant: suntque ab vltimo supino. u. mutata in. o. vt a curro. is. cursu. curso. as. a duco is. ductu. ducto as. Animaduertendum tamen est in verbis prime coniugationis supina a quibus formantur frequentatiua: mutare. a. penultima supini in. i. breuem. vt ab impero imperas imperatu superito imperitas. Dicimus tamen ab ago. is. actito actitas. et agito. as. a dico is. dicto dictas. et dictito dictitas.**

**Que dicuntur diminutiua? que a suo principali diminutionem significant. vt a garrilo is. garrulo as. a sorbeo es. sorbillo as. a caluo is. camillo is.**

**Que dicuntur denominatiua? que a nomine deriuantur. vt a patre patrisso patrisas. a greco grecisso as. et grecoraris. a frumento frumetor frumentaris. a pabulo pabuloz aris. a rure rusticoz rusticaris.**

**Que dicuntur aduerbialis? que ab aduerbio deriuantur. vt a perendie perendino as a supra supero as. ab intra intro intras.**

**Amo igitur cuius speciei est? Primitiue speciei. non enim habet quod ego sciam unde possit deriuari.**

**Figure verborum quot sunt? due sicut in nomine.** Simplex. vt amo amas. Composita: vt deamo deamas.

**D**erotematis participiorum.

Anno igitur cuius figure est? Simplicis figure. non enim potest diuisi in partes significatiuas eius: quod integrante compositione significabat. Coniugationes verborum quot sunt? quatuor. Prima: quod secundam personam singularem presentis indicatiui modi mittit in as. productam in voce actiua: et in aris. vel are. in voce passiu. ut amo as. letoz aris. vel are. Secunda: que eadem secundam personam mittit in es. pductam in voce actiua. et in eris. vel ere. penultima in voce passiu. ut doceo es. me deo: eris. vel ere. Tertia: que eandem secundam personam mittit in is. correptam in voce actiua: et in eris. vel ere. penultima a correpta in voce passiu. ut lego legis. loquo: eris. vel ere. Quarta: que eadem secundam personam mittit in is. productam in voce actiua. et in iris. vel ire. penultima pducta in voce passiu. ut audio audis. audio: audiris. vel audire.

**D**e erotematis participiorum.

Cap. viij.

**A**mans que pars orationis est? Participium.

Quid est participium? Pars orationis declinabilis que pro verbo accipitur: ex quo deriuatur: genus et casus habens ad similitudinem nominis: et accidentia verbi sine discretionem modorum et personarum. Unde dicitur participium: quasi participium: quia partem accipit a nomine. partem a verbo. partem ab utroque.

Participio quot accidit? Sex. Genus. Tempus. Significatio. Figura numerus. Casus cum declinatione.

Genera participiorum quot sunt? quatuor. Masculinum: ut amatus: Femininum: ut amata. Neutrum. ut amatum: Commune trium: ut hic et hec et hoc amans.

Amans igitur cuius generis est? Commune trium.

Tempora participiorum quot sunt? Tria. presens ut amans. Preteritum: ut amatus. Futurum: ut amaturus amandus.

Amans igitur cuius temporis est? Presentis temporis.

Significationes participiorum quot sunt? Due. actiua. ut amans. passiu. ut amatus.

Que participia significat actionem? A verbis actiuis et neutris actionem significantibus: actionem significant participia presentis et futuri in rus. ut amans amaturus. seruens seruiturus. A verbis passiuis vel neutris passionem significantibus: participia omnia significant actionem. ut amatus amandus. rapulans rapulaturus. A verbis deponentibus participia presentis et preteriti et futuri in rus. significant actionem. Futuri vero in dus. passionem. ut loquens locuturus locutus. A verbis communibus participia presentis temporis. et futuri in rus. significant actionem: preteriti actionem et passionem: futuri in rus. significant passionem. ut criminans criminatus criminandus.

Liber tertius.

Est ne hoc semper verum? Propemodum id quidem, nisi quod a verbis actiuis & neutris participia preteriti significant nonnunquam actionem, vt

Argutus, a. um. ab arguo is.

Blufus, a. um. ab audeo es.

Adultus, a. um. ab adolefco is.

Affuetus, a. um. ab affuefco is.

Caustus, a. um. a caueo es.

Caffus, a. um. a careo es.

Circūfpectus, a. ū. a circūfpectio is.

Confuetus, a. um. a confuefco is.

Cōfideratus, a. um. a cōfidero as.

Contentus, a. um. a contineo es.

Cenatus, a. um. a cenā cenās.

Decretus, a. um. a decrefco is.

Defectus, a. um. a deficio is.

Disceffus, a. um. a difcedo is.

Difertus, a. um. a differo is.

Excretus, a. um. ab excrefco is.

Exoletus, a. um. ab exolefco is.

Euafus, a. um. ab euado is.

Falfus, a. um. a fallo is.

Fluxus, a. um. a fluo is.

Furatus, a. um. a furo as.

Ignotus, a. um. ab ignofco is.

Odus, a. um. ab odi odifti.

Paffus, a. um. a pateo es.

Placitus, a. um. a placeo es.

Potus, a. um. a potō potas.

Prantus, a. um. a prandeo es.

Profufus, a. um. a profūdo is.

Scitus, a. um. a fcio is.

Sparfus, a. um. a fpargo is.

Tacitus, a. um. a taceo es.

Titubatus, a. um. a titubo as.

Reperiuntur quoq; participia prefentis tēporis a verbis actiuis fignificantiā paffionem, vt voluens, volutans, quaffans, precipitans, pro eo quod voluitur, volutatur, quaffatur, precipitatur, & quod dicitur euidens negociū; id est quod videtur & perfpicuum est.

Amans igitur cuius fignificationis est? Actiue fignificationis.

Figure participiorum quod funt? Due. Simplex; vt amans. Cōpofita vt adamans; quanq; funt qui dicant; quia participium per fe non cōponitur; non eſſe cōpofite, fed decompoſite figure.

Amans igitur cuius figure est? Simplicis figure.

Numeri participiorum quot funt? Duo ſicut in nomine. Singularis, vt amans. Pluralis, vt amantes.

Amans igitur cuius numeri est? Singularis numeri.

Cafus participiorum quot funt? Septem ſicut in nomine.

Amans igitur cuius caſus est? Nominatiui caſus.

Declinationes participiorum quot funt? Tres, nam participia preteriti & futuri, tam in rus, q̄ in dus, declinātur per primā & ſecundā nominis declinationē. Prefentis vero per tertiam; niſi q̄ iens, participiū ab eo, is, mittit genitiuum in euntis, cum cōpofitis, vt iens euntis, abiens abeuntis, Ambiens tamen facit ambientis.

Amans igitur quate declinationis est? Tercie nominis.

De erotematis prepoſitionum.

Cap. is.

**Q**ue pars orationis est? Prepositio.

Quid est prepositio? Pars orationis indeclinabilis: que alijs partibus orationis preponitur: aut per compositionem: aut per appositionem. Unde dicitur prepositio? Ab eo quod alijs partibus orationis preponitur. nam contra naturam prepositionis est quod postponatur. vt cum tenus. versus.

Prepositioni quot accidunt? Tria. Figura. Ordo. Casus.

Figure prepositionum quot sunt? Due. Simplex. vt abs. circum. Composita. vt absq. circumcirca.

Et igitur cuius figure est? Simplicis figure. quia non potest diuidi in partes significatiuas.

Quotuplex est ordo prepositionum? Triplex. Prepositiuus. Postpositiuus. Communis.

Quis est ordo prepositiuus? qui prepositionem in constructione semper debere preponi ostendit. vt ad. ab.

Quis est ordo postpositiuus? qui prepositionem in constructione semper debere postponi ostendit: vt tenus versus.

Quis est ordo communis? qui prepositionem in constructione modo preponi: modo postponi debere ostendit. vt cum. per. propter.

Et igitur cuius ordinis est? Prepositiuus. quia semper in constructione preponitur.

Casus prepositionum quot sunt? Tres. Accusatiuus. & Ablatiuus. & nonnunq̄ genitiuus.

Prepositiones genitio deseruietes quot sunt? Tres. pridie. postridie. tenus

Prepositiones accusatiuo deseruietes quot sunt? xxxviii. Ad. apud. ante. aduersus. aduersum. cis. citra. circiter. circum. circa. contra. erga. extra. inter. intra. infra. iuxta. ob. pone. per. propter. prope. propius. proxime. pridie. postridie. procul. post. preter. penes. supra. secundum. secus. trans. vitra. versus. versum.

Prepositiones ablatiuo casu. deseruietes quot sunt? quindecim. a. abs. absq. cum. coram. clam. de. e. ex. pro. pre. palam. sine. tenus.

Prepositiones accusatiuo vel ablatiuo deseruietes quot sunt? quatuor in. sub. super. subter.

Prepositiones inseparabiles. hoc est que nunq̄ nisi in compositione reperiuntur quot sunt? Sex. an. con. dis. di. re. se.

Et igitur cui casu deseruit? Accusatiuo. quoniam tali casu semper apposita reperitur.

De orationis aduerbiorum.

Cap. i.

Ubi que pars orationis est? Aduerbium.

Quid est aduerbium? Pars orationis indeclinabilis: que addita

### Liber tertius.

verbo significationem eius aut completant mutam...t manifest: vt iā  
faciam. non faciam. parum faciam.

Unde dicitur aduerbium: quasi ad verbum. quoniam verbo semper se  
re adiungit desiderat: sed & aliis partibus aliquando iungitur.

Aduerbio quot accidunt? **Tria.** species. figura significatio.

Species aduerbiorum quot sunt? **Due** sicut in nomine. **Primitiua.** vt  
nuper. **Deriuatiua.** vt nuperrime.

Ubi cuius speciei est? **Primitiua.** neq; enim habet aliquid vnde deriue  
tur quod sit antiquius.

Figure aduerbiorum quot sunt? **Due** sicut in nomine. **Simplex.** vt ecce  
**Composita** vt eccum.

Ubi igitur. cuius figure est? **Simplicis** figure. neq; enim potest diuidi  
in partes significatiuas.

Significationes aduerbiorum quot sunt? **Innumere.**

**Numeralis.** vt semel bis. ter. quater. quinquies. sexies.

**Temporalis.** vt hodie. cras. perendie. heri. nuper.

**Localis.** vt hic. ibi. illic. huc. illuc.

**Negatiua.** vt non. haud. minime. nullatenus.

**Affirmatiua.** vt etiam. profecto. nimirum.

**Demonstratiua.** vt en. ecce.

**Operatiua.** vt. o. si. vt. vtinam.

**Ordinatiua.** vt continuo. deinde. deinceps.

**Interrogatiua.** vt cur? quare? quamobrem? nunquid?

**Dubitatiua.** vt fors. forte. fortasse. forsan. forsitan.

**Vocatiua.** vt o. heus. o. ho.

**Discrctiua.** vt seorsum. diuissim. bifariam.

**Congregatiua.** vt simul. vna. pariter.

**Juratiua.** vt edepol. mehercule. mecastor.

**Horatiua.** vt eia. age. agendum. agite.

**Intensiuua.** vt valde. penitus. vehementer.

**Remissiuua.** vt sensim. paulatim. pedetentim.

**Diminutiua.** vt belle. argutulle. clanculum.

**Comparatiua.** vt magis. melius. fortius.

**Superlatiua.** vt maxime. optime. fortissime.

**Similitudinis.** vt ceu. sicut. tanq;. velut.

**Quantitatis.** vt multum. parum. minimuma.

**Qualitatis.** vt bene. docte. sapienter.

Ubi igitur cuius significationis est? **Localis.**

De motu atq; interfectionum et conjunctionum.

**H**eu. neq; orationis? Interiectio est.  
Quid est interiectio? pars orationis indeclinabilis affectum mentis incondita voce significans.

Unde dicitur interiectio? Ab interiectio eo quod aliis partibus orationis interiectur: neq; cum aliis certo ordine disponitur.

Interiectioni quot accidunt? Sola significatio.

Significationes interiectionum quot sunt? Plures:

Lugentis. vt heu. hei. hoi.

Timentis. vt hei. ab.

Admirantis. vt pape. yah.

Ridentis. vt ha. ha. he.

Silentis. vt au. si. st.

Vocantis. vt io. ob.

Vitantis. vt apage. apagefis.

Dolentis. vt hef. ach.

Exultantis. vt enax. yah. ob.

Exclamantis. vt prob. yah.

Deridentis. vt hui.

Laudantis. vt enge.

Deprehendentis. vt at. at.

Iheu cuius significationis est? Lugentis.

De erotematis conjunctionum.

Cap. ff.

**Q**ue pars orationis est? Coniunctio.

Quid est coniunctio? Pars orationis indeclinabilis connectens ordinansq; sententiam.

Unde dicitur coniunctio? Ab eo qd coniugat. et oroni p vinculo interponat.

Coniunctioni quot accidunt? Tria. Figura. Ordo. Potestas sine significatio.

Figure coniunctionis quot sunt? Due sicut in nomine. Simplex. vt at. et. Composita. vt atq; etenim.

Et cuius figure est? Simplicis figure.

Ordo coniunctionis quotuplex est? Triplex. quedam enim semper preponuntur. vt et. ac. at. aut. vel. nec. ne. neq;.

Quedam semper postponunt. vt q; ne. ve. quidem. quoq; atq; vero. enim.

Quedam modo preponuntur modo postponuntur. vt atq; igitur. itaq; quoniam. quia etsi.

Et cuius ordinis est? Prepositiu.


Potestates coniunctionis quot sunt? Coplures. Copulatiua: que sensum et verba coniungit. vt. et. q; atq; quoq; autem. vero. quidem.

Disiunctiua: que quamuis dictiones coniugat: sensum tamen disiunctum habet. vt aut. vel. ve. siue. seu.

Subiunctiua est: que voce disiunctiua vtriusq; adesse significat. vel simul vel diserere. vt Alexander sine parisi dormit vel legit tota die.

Causalis est: que causam continuationis explanat. vt quoniam. nam. namq; enim. vt.

Collectiua sine illatiua est. que superiora colligit. vt igitur. ergo. itaq;.





## Liber tertius.

quare. qua propter. quam obrem.

**Dubitativa:** que dubitationē aliquam cum interrogatione significat. vt. an. ne. necne.

**Aduersatiua:** que aduersam sententiam sequenti aut precedenti monstrat. vt licet. quanq̄. quis. et si. saltem.

**Approbativa:** que rem aliquam approbat. vt si. siquidem. quādo. quandoquidem. quidem.

**Complexiua:** que oratus causa: aut metri necessitate ponitur. vt quisdem. enim. nam. namq̄. vero.

**Causalis** rursum diuiditur in continuatiuam. subcontinuatiuam. adiuunctiuam. effectiuam.

**Continuatiua** est: que continuationem ⁊ consequentiam rerum significat. vt si. cum. dum. ubi.

**Subcontinuatiua** est: que causam continuationis ostendit cum essentia rerum. vt quoniam. quia.

**Adiuunctiua** est: que verbis subiunctiuis adiungit. vt. si. cū. dum. ubi. quādo.

**Effectiua** est: que reddit causam effectus. vt enim. nam. namq̄.

**Et igitur** cuius potestatis est? Copulatiue.

**De partibus orationis que alie pro aliis: ac pro se inuicem ponuntur. Cap. xiii.**

**Q**ue partes orationis alie pro aliis ponuntur? Omnes fere quem

admodum que sequuntur.

**Nomen** pro participio. vt sibilus pro sibilans.

**Nomen** pro aduerbio. vt recens pro recenter.

**Nomen** pro interiectione. vt infandum voce incondita.

**Nomen** pro coniunctione. vt quare. quamobrem.

**Pronomen** pro nomine proprio. vt ego pro antonius.

**Pronomen** pro aduerbio. vt hoc pro hic.

**Pronomen** pro coniunctione. vt ideo. pro propterea.

**Verbum** pro nomine. vt amare pro amore. viuere pro vita.

**Verbum** pro aduerbio. vt amabo. sodes.

**Verbum** pro interiectione. vt age. agite.

**Verbum** pro coniunctione. vt licet. licebit.

**Participium** pro nomine. vt sapiens. diligens.

**Participium** pro aduerbio. vt horrendum pro horrende.

**Prepositio** pro aduerbio. vt coram. clam.

**Prepositio** pro interiectione. vt pro. a.

**Prepositio** pro coniunctione. vt propterea. quapropter.

**Aduerbium** pro nomine. vt satis est. abunde est.

**Aduerbium** pro coniunctione. vt quando pro quoniam.

- Coniunctio pro aduerbio, vt cum pro quando.  
 Coniunctio pro interfectione, vt at.  
 Que partes ponuntur inuicem pro seipſis? Omnes fere.  
 Nomen pro nomine, vt dar danius pro bardanius.  
 Verbum pro verbo, vt populo pro populoz.  
 Participium pro participio, vt profusus pro profundens.  
 Prepositio pro prepositione, vt in pro contra.  
 Aduerbium pro aduerbio, vt hic loci, pro tunc temporis.  
 Coniunctio pro coniunctione, vt vel pro, et.

De syntaxi 7 orationis constructione. Cap. xiiii.

**Q**uid est syntaxis? Sciētia qua bona cōstructio a mala dignoscit.  
 Unde dicit syntaxis? A syn quod est con, 7 taxo ordino a quo est  
 taxis, quasi ordinatio.

Quid est constructio? Congrua dictionum ordinatio: congruam per  
 sectans sententiam demonstrans.

Quid est oratio? Ut scaurus diffinit, ore missa: 7 per dictiones ordina  
 ta pronuntiatio.

Quomplex est oratio? Quod duplex. Perfecta que perfectū sensum in  
 animo auditoris generat, vt ego amo deum. Imperfecta que imper  
 fectum sensum in animo auditoris generat, vt si deum amaueris. Si  
 nita: in qua verbum finitū ponitur, vt ego amo. Infinita: in qua ver  
 bum infinitum ponitur, vt me amare.

Quid est figura cōstructionis? Est aliqua ratiōe nonatus dicendi mos  
 dus: qui circa grammaticas cōstructiones versatur.

Euocatio est reductio tertie persone ad primā vel secundā, vt ego An  
 tonius lego, tu Joānes audis. Et requiruntur quatuor in euocatio  
 ne, persona euocans: persona euocata: remotio copule: 7 verbum cō  
 ueniens cum persona euocante.

Appositio est immediata, duorū substantiuorū coniunctio: quorū alterū  
 exponit alterū. Admiratur molem enecas magalia quondā. Et requi  
 runtur duo in appositione, dictio apponens, 7 dictio apposita.

Prolepsis est attributio proprietatis toti in suas partes diuisio, vt in  
 terea reges ingenti mole latinus, &c. Et requirunt quinq; in prolep  
 sic hoc est totum, partes, distributio partium, proprietates, 7 ordo.

Syllepsis est diuersarum dictionum sub plurali proprietate cōceptio,  
 vt ego 7 tu docti legimus et requiruntur quinq; in syllepsis: hoc est,  
 dictio concipiens, dictio concepta, copulativa coniunctio vel prepo  
 sitio cum, verbum, vel nomen adiectiuum numeri pluralis: proprie  
 tas concordans cum dictione concipiente.

## Liber quartus.

Zenigma est vnus proprietatis ad diuersas clausulas iuncta reditio. vt ego et tu. et cicero scribit. Et requiruntur tria: hoc est plura substantiua. copula. proprietates que conueniat cum proprio substantiuo.

Antiptosis est casus pro casu positio sub aliqua proprietate. vt vrbē quā statuo vestra est. Et requiruntur tria: hoc est vñ subiectum. vna proprietates: et casus ponatur pro casu.

Synthesis est attributio proprietatis vni vel pluribz copulatis: quod fit non gratia vocis sed significati. vt pars in frustra secant. Et requiruntur tria. hoc est vnum subiectum vel plura copulata. proprietates. et attributio proprietatis concordans cum significato et nō cum voce.

Synecdoche est attributio partis ad totum sub proprietate verbū vel participii vel nominis adiectiuū. vt expleri mētē nequit. et nuda genu nodosq; sinis collecta fluentes. Et requiruntur tria: hoc est totum. proprietates. et pars in accusatiuo posita.

## ¶ Finis liber tertius.

## LIBER QVARTVS DE CONSTRUCTIONE OCTO PARTIVM ORATIONIS.

¶ Capitulum primum de constructione verborum actiuorum.

Verba partim sunt personalia: partim impersonalia. Personalia sunt quae habent numeros & personas. Impersonalia quae carēt numeris & personis de quibus postea dicemus. Personalia rursus in quinque genera diuiduntur. actiuū. passiuū. neutrum. commune. deponens.

Actiuū verbū est illud quod definit in. o. & habet passiuum in. or. & exigit ante se nōm in persona agēti vel facienti. & accusatiuū in persona patienti. Eius complures sunt species.

Prima species verborum actiuorum est: quae post se construuntur cum accusatiuo tantum. Qualia sunt.

Amo am is amauī. por amar con passion. vt ego amo filium.

Redamo as. auī. por amar en retorno. vt ego redamo amantem me.

Deamo as auī. por mucho y con afición amar. vt Terentius. deamo te syre.

Edamo as auī. por amar como enamorado. vt mater filium amat. quasi ademet.

Diligo is. exī. por amar con razon y eleccion. vt ego diligo res honestas.

Colo is. vi. por amar al mayor en dignidad. vt ego colo principes terre.

Colo is. por labrar y exercitatio morar. vt colo agros. colo faciem. colo domum.

Traho is. ri. por llevar o traer por fuerça. vt trahome post te.

Duco is. vi. por llevar a traer guiando. Terentius. duce me ad illam.

Deduco is. por acomañar a otro desde su casa. vt deduc me in forum.

Reduco is. por acompañar a otro hasta su casa. vt reduc me domum.

Deduco is. por echar las naues al agua. Vergilius. Deducunt socē naues.

Subduco is. por sacar las naues del agua. Vergilius. Subducite naues.

Proco is. por llevar delante de si. vt capellas protinus eger ago.

Proco is. por llevar la bestia caualgando. vt aco malas.

Ueloco is. verbi. por llevar o traer encima de si. vt veche me humerie.

Porto as. auī. por llevar o traer en su cuerpo. vt porto pecunias.

Fero fets. Serois. Dauiolo as por aquello mismo. vt fero libros. et.

Cum actiuo  
r hater



De  
et  
3 2a  
ntes



## De verbis actiuis.

- I**ncipio as. aut. p. començar. Vergilius. nil altum mens inchoat.  
**I**ncipio is. por començar como quiera. vt incipio legere. & incipio rem ar. am.  
**I**n eo is. in. por començar alguna cosa notable. vt in eo amicitiam tecum.  
**D**isco is. didici. por aprender alguna cosa de nuevo. vt disco prima elementa.  
**E**disco is. edidici. por aprender algo de coro. vt edidici vergilium.  
**D**edisco is. dedidici. por olvidar lo deprendido. vt dedidici pacem.  
**O**ppugno as. aut. p. por combatir algun lugar. vt oppugnavit oppidum.  
**I**mpugno as. aut. p. por aquello mismo. vt impugnavit hostes.  
**P**ropugno as. aut. p. por defender lo combatiendo. vt propugnavit verbum.  
**E**xpugno as. aut. p. por tomar por combate. vt expugnavit arcem.  
**C**apio is. por tomar queriendo: o no queriendo. vt cepi voluntatem/cepi molestiam.  
**S**umo is. sumpsi. por tomar por nuestra v oluntad. vt sumpsi negotium.  
**P**aco as. aut. p. por apazigar a los vencidos. vt Scipio pacavit Libiam.  
**P**acifico as. aut. p. por aquello mismo. o hazer paz. vt pacificavit verbum.  
**L**aso as. aut. p. por fatigar lo que tiene animo. vt ego lassabo hominem.  
**L**axo as. aut. p. por aflojar lo apretado. vt ego laxabo vincula.  
**A**bdico as. aut. p. por desheredar al hijo en la vida. vt Abrenitius generum abdicavit.  
**E**xheredo as. aut. p. por desheredarlo en la muerte. vt exheredavit filium.  
**S**ecunda verborum actiuorum species est, quæ præter accusatiuum construuntur etiam cū genitiuo vel ablatiue. vt impleo granarium frumenti vel frumēto. Qualia sunt hæc  
**I**mpleo es. repleo es. compleo es. por puchar alguna cosa  
**A**ccuso as. por acusar en iuzzio/ o fuera. vt accusabo te coram iudice vel coram amico.  
**R**eprehendo as. por reprehendiendo que xarse de alguno. vt hic inculcat matrem.  
**P**ostulo as. por demandar en iuzzio. vt postulabo te apud iudicē homicidii vel homicidio  
**D**amno as. por condenarlo obligar. Vergilius. dānabis tu quoq; votis vel votum.  
**E**mo. Redimo. Paro. Comparo. por comprar. vt emi librum tanti vel tanto precio.  
**T**endo. Tenundo. Distraho. por vender. vt vendidi pluris & maioris precio.  
**V**estimo. Caro as. Apprecio. por apreciar. vt glitimo centum aureis: vel quāti tu.  
**A**nimaduertendū est q; verba præcū significantia cōstruuntur cum ablatiue præcū dem. quantius. quantilibet. & quod Vergilius dixi. non assis faciunt. & catulus vero nensis. Omnes vnus affimemus assis.  
**T**ertia verborum actiuorum species est, quæ præter accusatiuum construuntur etiam cū datiuo. Qualia sunt hæc.  
**D**o das dedi por dar como quiera. vt. do tibi pecunias: do tibi libros.  
**D**ono donas donavi. por dar gracioso y de balde. vt dono tibi vestes.  
**D**edo is. dedidi. por dar se a si mismo. vt hostes dedunt se victori.  
**P**repono is. p. p. fero. ero. Antepono: por preferir. vt prepono te homero.  
**C**ommodo as. por prestar lo mismo: que se toma. vt commodo tibi equum.  
**M**utuo as. aut. p. por prestar lo que se toma en espeçie. vt multa mihi nummos.  
**L**oco as. aut. p. por dar algo por alquilar. vt tu locastimisti domum vel miliam.  
**C**onduco is. conduxi. por tomar algo por alquilar. vt tu conduxisti me tabernam.  
**S**uadeo es. si. por induzir y atraher por razones. vt ego suasi tibi honesta.  
**P**ersuadeo es. si. por induzir con efecto. vt ego persuasi tibi turpia.  
**D**ico is. xi. por desir o hablar artificiosamente. vt tu dixisti mihi sententiam.  
**E**dico is. xi. por mandar como juez: o principie. vt prætor edixit omnibus legem.  
**I**ndico is. xi. por denunciar consensidada. vt roman inirecunt velle bellam.  
**C**redo is. credidi. por prestarlo confiar. vt tu credidisti debitorum nummos.  
**C**ommodo as. aut. p. por encomendar. vt rogo commendes regi hominem.

## Liber quartus.

- Commo** is. por cometer / o encomendar / o confiar vt comitte . . . . .  
**Consulo** i. consului. por conselar algo a alguno. vt consulo filio vti. ia.  
**Facio** is. recli. por hazer lo que passa en materia defuera. vt feci tibi opus.  
**Quarta** verborum actiuorum species est: que prater accusatiuum principalis confrauitur cum altero accusatiuo minus principali. Qualia sunt que sequuntur.  
**Docco** es. de cui. por enseñar. vt tu docuisti me grammaticam & dialecticam.  
**Docceo** es. por demonstrar ser falso lo enseñado. vt ego docceo te vti. ia.  
**Mones** mones. por amonestar a aconsejando. vt ego admonui te vti. ia.  
**Admoneo** es. por traer algo ala memoria de otro. vt ego admonui te vti. ia.  
**Ro** as. au. por rogar al mayor. vt miserorant principes veniam.  
**Rogo** as. au. por rogar al yqual. vt amicus roga amicum opee.  
**Interrogo** as. au. por preguntar. vt interrogas me questionem arduam.  
**Flagito** as. au. por demandar con importunidad. vt flagito te libros.  
**Posco** is. poposci. por demandar lo honesto. vt posco te rem honestam.  
**Postulo** as. au. por demandar requiriendo en iurjio. vt postulo te pecunias.  
**Peto** is. iui. por demandar rogando. vt peto te rem factu facilem.  
**Induo** is. Vestio is. por vestir. vt vestiam te / induam te diploidem.  
**Eruo** is. eru. Spolio as. au. por despojar. vt eruam te. spoliabo te vestem.  
**Lingo** is. xi. Succingo is. xi. por ceñir. vt cincti me enseim.  
**Calcio** as. por calzar. vt calciabo te soleas. coturnos. calceos.  
**Excalcio** as. por descalzar. vt excalciabo te omnia que alius calciauit.  
**Quinta** species verborum actiuorum est: que prater accusatiuum confrauitur cum ablatiuo sine prepositione vel potius cum effectiuo. Qualia sunt ha c.  
**Dono** as. au. por dar insignias de honra. vt ego donabo te corona laurca.  
**Spolio** as. au. por despojar de alguna cosa. vt tu me spoliasti exuiliis.  
**Satio** as. au. Satio as. au. por hartar. vt ego te satiaui cibo. & saturaui pane.  
**Onero** as. au. por cargar. Exonero as. por descargar. vt ego exonero te fasce.  
**Peto** is. vno percutio is. por herir. vt Tergillus malo me galathea perit.  
**Afficio** is. affeci. pro eo quod est in bonum siue in malum aliquid facere.  
**Afficio** te voluptate. yo te ago plazer. afficio te muneribus. yo te ago beneficos.  
**Afficio** te molestia. yo te hago pesar. afficio te iniuria yo te injuro.  
**Datio** as. au. por trocar vna cosa por otra. vt mutauit glandem arista.  
quæ admodum italorum doctissimi pariter & indocti. Sed quia greci, hebrei & arabes. i. cor. nantē non habēt, atq; illius sonum penitus ignorāt: nō posuimus illorū testimonio quod volumus efficere, tantū iuuare nos potest eorū qui latini sermonis doctissimi habentur autoritas. Est tamē aliqua ratio quæ nobis suadere potest quo sono proferenda sit quoties in fine dictionis ponitur. hæc litera etiā imperiti intelligūt non habere sonum quē in principio vel medio proferūt, vt in his dictionibus. Cui. ei. hei. hui. in quibus. i. finalis nō vocalis: sed consonans est. quæ sonum habeat omnes intelligūt. Nam quod particula ille vniustatum syllabæ sint facile carminibus demonstratur. Ver. i. ænei. Cui patet inestam dederat: primisq; iugerat omnibus. & paulo post. Huius coniux fischeus erat ditissimus agri phœnicū. & lib. ii. Hei mihi qualis erat quātum mutatus ab illo, hectorē. Reperiūtur tamen poete aliquādo per dixere sim dissyllabæ protulisse: vt albinus, Spōte de iupatore cui freta nulla repositos, & Iuuenalis. iuuenes hortatur, vt illam ire viā peragent: & idem incubere septe. Nisi forte voluerit quispiam cū frācisco nollano sermonis latini viro eruditissimo sentire qui mecū cōtendebat dictiones illas diphthongo proferri: quod est nouū atq; inter latinos inusitatum. vt. a. & i. vel. u. & i. in diphthongo coeant Priscianus quoq; libro de octo partibus orationis septimo auctoritate Horatii lib. epis. stolarum primo cōfirmit. i. finalem cōsonantem esse posse. Durus ait vulte inimis attentusq; videris. Quod vero vulte dissyllabum sit satis ex ratione carminis apparet. q. i. cōsonans Priscianus testatur. qualem vero sonum habeat nulla mihi etiā cū latine lingue hostibus cōtentione est. Ex quo efficitur quod erat propositū. i. consonantem nō eum sonum habere quo hispani proferunt: sed quo itali omnes atq; aliarū nationum doctissimi. Iam vero si dictiones peregrinas in latinū sermonem vertimus. raro. i. nota in cōsonantē, plarūq; in vocalem traducitur, cū nostri homines fere quoties in principio dictionis sequente vocali ponitur: nō modo vt cōsonantem, sed vt iuam cōsonantem proferant, qualia sunt. iaspis, Iambus, Iason, Iesus, Iacobus. vbi. i. vocalem esse mediocriter docti intelligunt, quod etiā carminibus facile demonstrari potest. Iuue. Preclara illic laudatur iaspis, Horatius. Archilocum primo rabies armauit iambo. Iuuenalis. Mense quidē brumæ cū iam mercator iason. Quod si est qui dicat carmē heroicū posse recipere spōdē in quinto loco. pferimus genus carminis in quo necessario. i. debeat esse vocalis. Martialis. Et preciiū magnis facit iapidibus. qui est verus pētameter elegiacus. Terētianus quoq; de metro iābico. Et rarus intrat ex iambis hominibus. vbi iābis trium syllabarū est. Cōter raneus præterea noster iuuenecus qui quatuor euangelia hexametris versibus cōposuit, Iesum semper trissyllabū posuit. versificator ille quidē: sed quem diuus Hieronymus adeo probauit vt in libro virorū illustrium dicat illius carmina cū carminibus antiquorū posse cōparari. Quod vt necessario fieret pleriq; librarij aspirationē inter. i. & e. posuerunt, ne scilicet in vnā syllabā vtraq; vocalis cōalesceret. sed per aspirationē altera ab altera distiugeretur. Aliquādo tamen vt ego suspicor. i. vocalis per errorē in consonantem versa est, atq; raro: vt in his dictionibus. Troia. maia. aiāx. pro quibus latini dicūt troia. maia. aiāx. & q; illi dicūt distinctis vocalibus iudicāt latini auctores. i. ad. u. collisā iudæa proferūt. Lucanus in tercio pharsalia. Incerti iudæa dei & Iuuenalis in sexta satura. Archana iudæa tremēs medicar ad aurem. Illi iam penitus intollerabiles qui dictione habētes. i. aspiratiū. quod teste Prisciano nullo modo potest esse cōsonans: more suo atq; voce incognita neq; vnq; latinis audit proferre contendunt, quales sunt yacynthus, herosolyma, hieronymus. qui multo sunt ridiculi magis quā rustici quorū errorē probabiliter est cū admirationem latinorum. paia. mea. a. baraia. & similia proferūt. Quod vero duplex sit potestas. v.

Repetitio.

litera atq; modo vocalem modo consonantē esse nemo prope est qui id non intelligat. Et tamen adhuc illi tertia quedā vis quoties post. q. literā alia subeunte vocali secunda. Idq; omnes antiqui simul & iuniores fatentur. Quem tamē habeat sonum, magna nationes diuersas esse. Ego tamē ab hispanis dissentio: qui literā hāc omnino surdā esse putant: quātum ab italīs qui sic illā proferunt perinde ac si vocalis esset. Nā si nullā potestatem & vim habet vt proferri debeat: neq; scribēda est, aut si vocalis est: sonum profecto per se ipsam cōstitues, quod vtrūq; falsum esse Quintilianus demonstrat, qui. p. adiuncta. f. a. n. paululum a nostris eliquaridixit. Nō igitur dicendum est cum italīs, a qua, quanq̄ lingua sua deo. ita vt. u. quasi vocalis proferatur, neq; rursus cū hispanis a qua, quanq̄ lingua sua deo. u. penitus explosa, sed quod quedā ratio exigit aqua, quanq̄ lingua sua deo. u. nō surda neq; vocalis: sed quodā medio sono elinq̄ta. Circa vocales quoq; aspiratas nō nihil a nostris erratur, qui illas nō aliter q̄ exiles pronūciant, neq; differt apud illos q; ad sonū atinet: inter omnis qui est genitiuus ab omen. & hominis qui est ab eo q; est homo: atq; inter ab eo quod est discedo. & habeo quod est teneo. Illi adhuc ridiculi magis, quia aspirationem quasi consonantem: quę vocalem ferit quemadmodū hebręi pronūciant. Quę causa fuit gręcis vt aspirationem vocalibus impendere fecerint: ne extra illas sonum aliquem habere videretur: cum tamen latini illam in literarum serie posuerūt. X. litera, vt inquit Fabius, quem ego vehementer authorem sequor tam carere potuisse musq̄ si non a gręcis essemus mutuati. Ea successit in scriptura nostrę compendium lo. co. cs. &. gs. Ita q; n. sic per. x. pax. apex. lex. remex. scribimus, antiqui per. cs. pacs. apes per. gs. leg. remegs. scribebant, sed cum hoc inter omnes constet, & quem sonum. x. in fine saltem habeat manifestū sit, illud valde miror vnde hęc farrago loquendi: vt ait Perseus, in hispanorum lingua venerit, vt xantipe, xenophon, dixi, traxi, & similia voce quadam hebręis gręcis & latinis incognita & a gręcis proferat: & quam (vt diui Hieronymi verbis utar) vniuersantū lingue punice stridor suam agnoscat. Neq; ego suspicor aliū de hispanos hanc vocem sermōni romano miscuisse quā a pennis iam inde ab eo tempore, quo pulsus fugis fugatisq; gothorum principibus hispanię possessionem inuaserunt. Illi nanq; literam habent propriam quam. xim. appellant, qua sonus ille fatis exprimitur in cuius locum hispani. x. supposuerunt quoties sonum quem ab illis acceperant scribere volebant, vt in his dictionibus. xabon. dixo. relox. & ceteris huiusmodi. Quod si non illa ratio nos mouet. q. x. pro. cs. aut. g. ponitur, atq; in earum locum successit: quod gręcorum & latinorum doctissimi adhuc hodie quasi. cs. pronunciant, ad illud saltem cōsideremus qualem sonum in fine dictionis habeat: atq; ad illius imaginem ceteris in locis proferamus. n. precedente. g. quem sonum habeat magna totius hispanię cum omnibus doctis controuersia est. Omnes nanq; hispani signum. pignus. agnosco, & similia sic proferunt. a. c. pro. g. poneret. Viri tamen eruditi gręci & latini dictiones huiusmodi sono quodam ex vtraq; litera mixto lingua ad palatum tota molliter illa pronunciant. Nemo sit hodie quemadmodum veteres illi non modo. gn. sed alias quoq; literas proferrebant. Est tamen longe credibilis, veros literarum sonos in italia & Gręcia residisse: q̄ in hispania quę toties barbarorum dominationi manus ceruicemq; præbuit. Sunt tamen qui dicant ex ista ratione dicendi nescio quam turpitudine intelligi: quę in re præsertim diuina auditorum animos offendat. Nam si dixerimus inquam. cognomen, cognosco cognitas: & similia, illico incidimus in absurdum quendam sensum quem prioribus syllabis ostendimus. O homines impudētes atq; petulcos: qui etiam ea quę omni sermōnis rei q; turpitudine carēt ex animi sui libidine interpretantur. Si enim dixerit quispiā illud

## Repetitio.

ex euangelio Ioanis. Cognosco oues meas: & cognoscunt me mee, ego nihil sentio  
 me pudoris rubore suffundat. At vos homines ne quis simi perinde ac si genitale  
 remineū subintelligeretis: hoc natar in labiis & in vado est meas & atis. Quod si elictis  
 mundi que admodum apostolus inquit, omnia etiā immūda vobis essent munda: nūc ve  
 ro cū sitis immundi, atq; etiā toti in libidinē pruriatis: ab his que mūda sunt occasio  
 immunditię veitę accipitis. Quid vero facietis cum illud ex euangelio auribus veitris  
 in sonauerit. Fodere nō valeo, mēdicare erubescis, & illud. Foderūt manus meas & pedes  
 meos. Oculas domini super iustos. Hęc requies mea in seculū. Socratem fidibus docuit  
 nobilissimus fideicō Connus. Nūc id cū latine legimus quepiam offendit. Testes nomē ho  
 nestissimū in iudicio, & alibi turpe: cum legimus in sacris literis. Surrexerunt in me testes  
 iniqui. eit ne quisq; adeo procax qui illud in turpiore partē accipere velit? Quare finite  
 obsecro per deū immortalē has ineptias seruorū vernitates quibus inter se ludere con  
 fuerūt. Nobis qui sacris literarum iniriati sumus: liceat saluo pudore omnia proferre.  
 Quā obrem ego vos adolefcētes egregiū in quibusā latini sermonis recuperādi spes tūc  
 eit: nā ceteros: quia sunt incurabiles eū stultitia sua valere sinamus, nō solū hortor & mo  
 neo: verū etiā obsecro & obtestor: vt omni studio & vigilātia sermoni latino incūbaris:  
 atq; illorū voces imitemini quos penes: vt poeta inquit, arbitriū ius est & norma loquēdi  
 Neq; patiamur nos ab exteris nationibus haberi ludibrio qui cū nos latine loquētes aus  
 diūt: & si mera sapiētia crepemus. illico rhōeis risu & nasi aduncitate suspēdunt, potiūsq;  
 corruptiores vitia hispano loquētes excusamus: quā dū latine volumus videre sapere: cū  
 magna gētis nostrę turpitudine & infamia in mille barbaris incidamus. An vero in  
 sermone hispano cū rusticos atq; incolas montiū audimus perperā locutos, vix possum  
 nos a riuū continere: nos cū aliena male pronūciamus: indignabimur si ab iis iridemur  
 quorū illa sunt propria. Nolite que so perdeū immortalē in re tā manifesta esse p̄tinaces:  
 sed p̄cipue vos o patricius sanguis quos viuere fas est: occipiti coeco possicq; occurri  
 re sanna. Quod si forte in romanorū reip. contēptū: cui tā longo tēpore seruitis latinā  
 linguā vultis corrūpere, cur nō ciuili & p̄tifici iuris, cur nō omniū bonarum artū atq;  
 theologia imprimis: cur nō sacrarū literarū quas in re diuina canim⁹ volumina abroga  
 tis: cur nō inde mortui sermonis latini locū: aliū quēdā barbarū sufficitis? Sed abist a chri  
 stiana religione tantū dedecus: vt Hispanę, Gallicę, Germanicę carmina cōposita in ecc  
 lesiis audiamus: aut cū latine diuinas atq; diuinorū laudes canimus: in peregrinū & bar  
 barū aliquē sonū prorūpamus. Teq; orbis parēs & mūdi rector: qui explosis aharū nation  
 nūlinguis: dediti ecclesię tuę sermonē in ore labii. i. voces latinas. Teq; sanctissima vir  
 go eadēq; intemerata mater dei Maria que secūdas cęli partes angulo rori formā in nua  
 merū diuorū recepta posside: cuius titulos quotidie latinis vocibus modalamur. vosq;  
 reliqui cęlites qui in hoc sermone firmissima christi ecclesię fundamētā iecitis: q̄ lites  
 ratores sui antiquitatis ignorātię prope enertes: obsecro prohibete hęc ignominia a  
 repu. christiana: neq; solū ab incurfa sed etiā a barbarorū stridula atq; incōdita voce de  
 fendite. Vos preterea clarissimi atq; inuictissimi principes quorū auspiciis & ductu Hispa  
 nię: totū mēbra dissipata in vnū. ppe corpus iā rediere, curate ne felicitati quā nō secul  
 lo dedistis: hoc vnū latini sermonis ornamentū desit amplissimū. Tu quoq; o p̄ fidū &  
 dulce decus meū Citerciē. militię primarie antistes & magister alter spes illuissimā  
 dom⁹ de Stuniga iōānes: in cuius absentis honore has qualescūq; repetitionū mearū pri  
 mitias dedicamus: faue precor Antonii tui ceptis ingētibus, qui primas idēq; solus con  
 tra linguę latinę hostes signis illatis: omnē illorū contra se impetum ausus est sustinere.



Doctrina mensæ.

¶ IOANNIS SVLPITII VERVLANI VIRI DISERTISSIMI DE MORIBVS PVERORVM, PRÆCIPVE IN MENSA SERVANDIS: CARMINI IUVENILE PAUCIS EXPLANATVM INCIPITVR.

Vos decet in mensa mores seruire docemus.  
Virtuti vt studeas, litterulisq; simul.



¶ Quos decet, Auctor prælibat materiã de qua dicturus est: & dicit q̄ in hoc opusculo vult docere ipsos iuuenes quos mores debeant seruire in mensa. Addit causam finalem dicens ideo, o puer hoc carmen tibi composui vt studeas, i. diligēter incumbas: simul virtuti & litterulis, i. sciētis pro captu tuo. Animaduerte autem lector hic pris-

imum quo ad sententiam duo: quorum vnum est quod decenter conuenienter homines præcipue iuuenes non solum debent philosophiæ speculatiuæ operam dare sed etiam practicae & morali, vt auctor est plato, cuius verba transsulit Aulus gellius in libr. de noctibus atticis sic. Philosophia, osocrates, re se est elegans si modice quispiã per a tatem attingerat: at si supra modum tempus in ea cõtriuerit, hominum est corruptela. Nam si quis vel amœnificacriq; ingenio ultra a tatem philo phetur: nec essum est eum rerum omnium etie imperitum quarum vsu calleat oportet: quisquis honestus probusq; est futurus, &c. Alterũ est q̄ signante dicit auctor, vt studeas virtuti & litterulis simul: quia oportet vt is qui sapientiam vult adipisci habeat virtutem, dictum enim est Sapientię, i. In maiuolam animam non introibit sapiētia: nec intrabit in corpore subdito peccatis. Attende quoq; ad vocabula puer. Decet sæpe ponitur impersonale verbum actiuæ vocis: rariis personalis, & regit vtroq; modo accusatiuum, vt talis partus decet deum: facit verba multa, vt decus quod est ornamentũ, decor pulchritudo formæ, decencia pulchritudo morum, decorum pulchritudo loquendi. Mensa dicitur a metior quod habet in præterito mensus sum: & in supino mensum. & est aut tabula ad quam vescimur, aut id quod simul in ea ponitur. Studere est alicui rei diligentem operam dare: & est studiose incumbere: regitq; datiuum sed transumptiuæ & minus proprie sumptum, pro eo quod studendo discō: accusatiuum regit. Litterulis est diminutiuum ne men deductum a literis, vbi icias q̄ litera in singulari numero & literę in plurali non idem significant. Nam in singulari litera est manus aut modus scribentis, aut vnum elementum seu vna sola littera, vt, a. vel, b. In plurali autem sæpe significat epistolam: & frequenter omnem sententiam quæ literis scribitur. Si queras quare ergo vsus est diminutiuo, dico q̄ propter duo, primo quia literis non potuit dicere in hoc genere carminis, secundo quia in a tate pueri non docentur magnę sciētię sed litterulę, i. parę sciētię hoc eũ grammaticales: cũ quibus etiam bonos mores & bona instituta te discere cohortatur.

Quę prius admonēo miti puer indole serua.

Præceptis oculis hæc mea iussa tene.

¶ Hic admonet auctor vt præcepta q̄ positurus est ante q̄ loquetur de moribus in mensa seruandis habeantur semper præ oculis. Ordo est. Opner supple qui es miti indole, i. clamenti ingenio & bona natura, serua, i. obserua custodi, q̄, pro: & tene præ tuis oculis, i. ante tuos oculos, hoc est in memoria tua: hæc mea iussa, i. præcepta quę admonēo, prius supple q̄ loquar de moribus mensę. Sententia est clara, pro constructione & vocabulorum significatione: aduerte primum, q̄ moneo & eius composita regunt duos accusati-

## Doctrina mensæ.

uos amem res de qua fit admonitio potest etiam in genitiuo poni: ut ad moneo te prae-  
 vitæ tuæ: quasi sic memorem te facio. Puer miti indole est venusta locutio per re-  
 gulam talem. Omnis dictio significans totum vel subiectum regit partem vel proprie-  
 tatem in genitiuo vel in ablatiuo mediante adiectiuo laudis vel vituperii etiam in gen-  
 itiuo vel in ablatiuo posito. In genitiuo secundum seruium magis grammaticæ. In abla-  
 tiuo magis eleganter & latine. In doles secundum Seruium est imago virtutis futuræ: &  
 secundum Nonium tantum ad adolescentiam cōsuetudo indolē dicitur. Iussa secundū Lau-  
 rētiū de valla heteroclytum est genere & declinatione. Nam in singulari est masculini  
 generis & quartæ declinationis, & in plurali neutri & secundæ declinationum enim hic ius-  
 sus, huius iussus iussui. Et pluraliter hæc iussa, horū iussorū quibus hoc iussum quoq; dicitur

Sic sine labe toga; & facies sit lauta manusq;

Stiria nec naso pendeat villo tuo.

Hic auctor ponit primum præceptum quod est de honestate vestium & corporū, & q̄  
 toga, i. quilibet vestis maxime exterior debet esse munda: & facies & manus lota tēpore  
 matutino: & ante q̄ eatur ad mensam, & nasus emunctus ne putredo dependeat. Consi-  
 ritio patet. Labes dicitur macula per quam in dñam aut peccatum aut vituperationē  
 labimur. Lauta est participium a lauo cuius supinum regulare est lauatū: quod aliquādo  
 reperitur, syncopatum est lautum, & per mutationem huius diphthongi. au. in. o. longū  
 fit lotum, frequenter autem ita multalēgimus. vt codicem a caudice. corum a cauro. co-  
 lum a caule. morum a mauro. plostruma a plaustrō. clostrū a claustrō. &c. Stiria est illa gla-  
 cies quæ ex guttis congelatis dependet, a tignis & tectis domorum, ad cuius similitudi-  
 nem vocat hic auctor immundiciam quæ pendet de naso puerorum stiriam. Nasus nūc  
 masculinū ponendum est, sed olim dicebatur aliquando hic nasus, aliquādo hæc nasus  
 aliquando hoc nasum. vnde Plaut. sagax nasum habes dicit. Toga dicitur a tegendo. &  
 est vestis ampla & longa qua teguntur: quæ quia eo tempore pacis utebantur romani, so-  
 let poni pro pace. Sicut apud Ciceronē. Cedant arma togæ, bella paci. Et apud Martia.  
 Clarum militia fronte decusq; togaq;. Est autē proprium indumentum romanorū. vnde  
 bene dixit. Sic sine labe toga. Ordo est. Toga, i. vestis tua, puer sit sine labe. i. immū-  
 dicia, & per gentem togatam gentem romanam intelligere debemus. Et quia Sulpitius romæ  
 præcepit: ideo facies tua sit lauta, i. lota vel laurata te mūdāta aquis: & manus tuæ supple  
 sint lauræ. Nec pro & non. & vlla stiria, i. vlla immundicies habens modum stiria nō pen-  
 deat. supple de tuo naso, hoc est si munctus & mundus ante q̄ ad mensam accedas.

Et nihil emineant, & sint sine fordibus vngues.

Sic coma, sit turpis calceus absq; luto.

Linguaq; non rigeat, careant rubigine dentes,

Atq; palam pudeat te fricuisse caput.

Exprimere & pulices, scabiēq; vrgere nocentem,

Ne te fordidulum qui videt ista vocet.

Hic auctor ostendit quomodo cetera membra curanda sint: & dicit q̄ vngues nō sint  
 longi & fordidī & capilli & calcei non sint luti, lingua non sit rigida per immū-  
 ditiam concretā: dentes etiā sint puri & sine rubigine. Deinde monet nos circa curanda corpo-  
 ra esse cautos, & circumspēctos sibi. Atq; palam, &c. Et dicit q̄ turpe est fricare caput co-  
 ram hominibus honestis: aut extra here pulices aut alios vermiculos, aut fricare prurigi-  
 nosam cutem: quia si talia te viderint facere, dicent te fordidum. Eminere extra reliqua  
 apparere. vnde qui ceteros homines altitudine excedit: & qui muros ciuitatis excedit

Doctrina mensæ.

eminet. vngues ergo eminent quando sunt longiores q̄ carnes digitorum. Sunt aut̄ vñ  
gves hominum, leonum, auium, & similiarum, vngula equorum, mulorum, & similiarum.  
ma dicitur complexio capillorum, tam in muliere q̄ in viro. Cesaries autem magis vi  
ris competit: est etiam metaphorice coma in frondibus arborum. Calcei sunt quos galli  
forulares minus latine vocant. Rigere eū rigidum hoc est durum & inflexibile esse vel  
feri. Rubigo eū macula que frequenter in ferro neglecto contrahitur, subrusti coloris.

Seu spuis aut mungis nāres, nuralue memento.

Post tua concussum veteret erga caput.

Mucorem haud tangas digitis, sputum ve resorbas.

Paniculo nāsum mungere nempe decet.

Etructare caue quin ora in terga reflectas.

Stringe os, & crepitum coque tenere nates.

Docet qualiter ea que ex fragilitate humana indecenter obenire possunt temperan  
da sunt dicens, q̄ si aut̄ spuendum est, aut̄ magendum nates, aut̄ vernutandum, memena  
to veteret caput tuum concussum ab huiusmodi passione post tua terga. Mucorem autē  
seu forcore narium non digitis nudis, sed paniculo de lino debes excipere, etiam sumptū  
aut̄ immunditiam nasi aut̄ cerebri, si in os collegeris non resorbebis, sed eiicies caute ne  
quis videat. Si forte debilitas stomachi ractare cogat, summo pere annitēdū vt os post  
tergum reflectas. Vitanduseū scrotatus & ineptus sonus oris quem modo porcorū quia  
dam comedendo faciunt. Claudendę sunt propterea nates seu clunes, ne aut̄ crepitum  
faciant aut̄ erorem emittāt. Mucorem hic accipitur pro immundicia nasi, est etiam vi  
tium panis, quando est si tu obitus ex vetustate sicut vini acor. Resorbas hic tercia con  
iugationis est, frequentius reperitur secunda. Sed vt dicit Seruius frequenter verba ses  
cunda subtracta. e. penultima litera sunt tercia. vt seruo seruo, tergeo tergo, caueo ca  
uo. sorbeo sorbo. Paniculum hic etiam de lino dixit, more italico. Nates sunt postorio  
res partes circa anum.

Munditięq̄ tibi placeant: medio quoq̄ cultu.

Vtere: ne turpis vel videare leuis.

Docet seruare mediocritatem in vestibus inter lumen seu elegantiam & forditatem,  
monetq̄ vt vestes sint mundę ne videamur turpes, & sint in mediocri cultu, non nimis  
cultę: ne videamur leues supple in moribus, & animo.

Nec maledicta refer, nec promas turpia dictu.

Est stomachosa quidem dicere turpe tibi.

Docet seruare modestiam in loquendo & vitare procacitatem linguę, dicens, o puer  
non referes maledicta. i. conuitia, hoc eū licet fueris lacesitus: & qui tibi maledixerit  
noli maledicta referre. i. maledicendo respondere: & multo minus decet te priorē ma  
ledicere. Monet etiam vitare verba scurrilia ad luxuriam incitantia dicens, nec. i. & non  
promas: id est non proferas de pectore tuo turpia dictu. i. vt dicantur vel dum dicuntur  
vel ad dicendum. Monet propterea seruare decorem dicens q̄ non vtremur verbis que  
non competunt a tatio nō fire. Non autem decet puerum habere verba stomachiosa. i. ex  
alto stomacho cum granitate & iracundia prolata.

Moribus vrbani curato p̄ditus esse.

Parce gulę turpi luxuriamq̄ fuge.

Parce & auaritię: bilem frenare memento.

Inuidulus, strumidus, non odiosus eris.

**Doctrina mensa.**

**Desidiam fugias; atq; omnia turpia pelle.**

**Et ludi turpes sint procul atq; viri.**

**Docet vitare rusticitatem & vitia capitalia seu mortalia. gulam, luxuriam, auaritiam, iram, inuidiam, superbiam, odium, & ociositatem, & desidiam, & tam turpes ludos q̄ turpes viros: quia scriptum est, cum sancto sanctus eris. &c. Irbanus vrbana vrbantum, est ad vrbem pertinens. vbi solent esse venusti mores. Pręditus dicitur a præ & datus: quasi p̄pter ceteros donatus a natura vel a deo aliqua virtute vel arte. Parce gulę, i. abſtine a gula, sicut vergilius dixit. Parce metu. Bilis est sanguis melancholicus quo ad iram pro-uocamur. & ponitur hic pro ira. Dicitur notãter frenare, quia non possumus penitus extirpare iram. Vnde horat. in. i. sermo. Deniq; quatenus excidit penitus vitium ire. Cetera item nequeunt stultus harentia. &c. Differt autem ab iracundia, quia idem dicit in epistolis. Irasor brevis, &c. iracundia autē prolixior. Nam iracundus naturaliter ad iram incitatur. Solet præterea in pueris non esse inuidia magna, ideo pulchre vitur diminuti-uo dicens. Non eris inuidulus. Tumidus dicitur inflatus, eleuatus, superbus. Odiosus potius passiuę significat, & est qui molestus est: & vtrunq; fugiendum est puero, tam molestus esse q̄ odiose. Non autē dicendū est odio odisi in præsentia: licet Cicero semel odias dixisse legatur. Desidia dicitur a de & sedeo: & est in accidioso & pigro.**

**Fidas sis, audensq; bonis, temerarius esse.**

**Despice, non audax sis timidusq; nimis.**

**Monet vt iuuenis seruet fidelitatem & fortitudinem dicēs, o puer sis fidus, q; pro & audens. i. pro tempore & oportunitate animosus, bonis. i. ad bona faciēda, & despice. i. contemne, fuge esse temerarius. i. temere & sine circumspectione quęcunq; aggrediens, hoc est ne sis audax & ne sis nimis timidus. Audax est assidue audens, & vitiosus per superbiam abundantiam. Timidus est ex natura: & ita continue timens, & habet vitium pusillanimitatis per defectum, fortis autem seruat mediocritatē & est audens cum debitis circumstantiis, vbi, quando, quemadmodum, quantum, in quibus, & pro quibus audendum est. Eiq; fortis audens & timens aliquando. sed neq; audax neq; timidus vnq;. Despiciere est per contemptum nolle rem aliquam aspicere, & componitur a deorsum & spicio.**

**Nec penitus mutum nece decet esse loquacem.**

**Conuenit ille thoro, conuenit iste foro.**

**Hortatur vt puer seruet modum in loquēdo, ne sit mutus autelinguis, vel garrulus & loquax, id est assidue loquens, quia ille. i. mutus conuenit thoro, i. lecto seu cubili vbi recedendum omnino est, & iste, id est loquax & litigiosus conuenit foro iudiciali: vbi lites aguntur.**

**Et mansuetus eris, rectum te lectus habebit.**

**Detege nec socium, nec tua membra moue.**

**Docet seruare modum in lecto vbi puer erit mansuetus & non petulans, se aut socium detegens, aut se immoderate mouens.**

**Nec sis difficili nimium, nec credulus esto.**

**De decus & metues, & reuerere bonos.**

**Monet seruare modum in credulitate, & adhibenda fide, dicens q; non erit nimis difficilis & tardus ad credendum, nec nimis facili seu credulus. Monet etiam generaliter vt vitemus omne, de decus, & reueremur omnes bonos.**

## Doctrina mensæ.

Futilis & mendax nunq̄ nimiumq; seuerus.

Esto: sed & comem munificumq; velim.

Docet seruare modum in seueritate & rigore verborum dicens: quod puer non erit utilis, id est vaniloquus verba sua inutiliter effundens aut mendax, nec nimium seuerus, i. rigorosus in sequendo veritatem, hoc est q̄ ab opinione sua nullo modo possit recedi. Vt autem Augustinus docet in libro contra mendacium: etiam obsequiosa mendacia vitia da sunt. Est autem seuerus nimis rigide seruans veritatem, & ita durus nulli concedens quod improbar dicens, sed & comem munificumq; velim supp. re. esse. Comis dicitur cōcinnus, affabilis, cōmodus, vt inquit valla. Comis est benignus homo & facilis qui aliis non grauate inferuit. Futilis qui verba sua profundit: a vaso futili quo in sacrificiis vtebantur: quod latum os & fundum seu pedem tam strictū habeat vt stare non possit quia liquorem effundat: quod cautum fuit ne aqua sacrificantibus habenda in terram poneretur, quod piaculum putabat gentilitas.

Sispius, atq; colas superos, venerare parentes;

Etnoceas nulli, surripiasq; nihil.

Cohortatur puerum ad pietatem erga superos & parentes: & dehortatur ab iniuria, & a furto. Potest autem sic intelligi textus. Sispius sup. erga deum colas superos, id est sanctos & sanctas, venerare parentes, diligimus tepide, amamus feruenter, colimus cum veneratione.

Ne sis vinosus, quamuis potasse Catonem.

Famare fert, fugias sumere vina mera.

Monet ne iuuenis sit bibax & appetens vini: nec bibat meracius, id est vinum purum: sed diluatis. i. vinum immixtum aqua: quod quidam minus latine limphatum vocant. Pro vocabulis cognoscendis audiamus Laurentium de valla. Vinosus inquit mulierosus & libidiniosus & frivola dicuntur q̄ quis affectus sit ad hoc, & amat vinum mulieres, & libidinem. Nigidius autē vt author est Aulus gellius hoc inquit inclinamentum verborum huiusmodi. Vinosus mulierosus religiosus &c. significat copiam quandam immodicam rei super qua dicitur. Quo circa religiosus is appellatur, qui nimia & superstitiosa religione sese alligauerat, eaq; res vitio dabatur. Post multa tandem verba Aulus gellius legem dare videtur, vt earum rerum quarum vsus certus & prefinitus ac limitatus esse debet: vt vini mulieris &c. & copia vitio datur: earūdem nomina in osus, vituperium habeant. Earum vero rerum nomina quæ quanto copiosus tanto decentius conueniunt laudem importent. vt formosus, speciosus, generosus, animosus, graciosus, sturdiosus. Est ergo vinosus nimis amator vini. potare autem quandam immodicitatem significat: vnde & potationes vilipenduntur. Non ergo dicit q̄ fama est Catonem bibisse quia hoc fere necessarium est, sed potasse vsq; ad superfuitatem: vnde potius dicitur ebrius. Si quæras vbi lectum sit catonem potasse, dices cum in multis locis tum apud C. caesarem: vt author est Plinius secundo & tertio lib. epistolarum, vbi in epistola ad seruum suum sic inquit, Erant officia arelucana: in qua incidere impune ne catoni quidem licuit. Quæ tamen. C. caesar ita apprehendit vt laudet. Describit enim eos quibus obuius fuerit cum caput ebrii retexissent erubuisse. Deinde adiicit, putares non ab illis Catonem: sed illos a catone deprehendos. ponit ne plus autoritatis tribui Catoni q̄ si ebrius quoq; tam venerabilis erat, hæc ille. Fama ergo refert potasse catonem. Vnde Seneca vir altoquin grauissimus citius se ebrietatem laudare quam propter eam Catonem dehonestare dicebat.

Doctrina mensæ.

Non sis derisor, non somniculosus, iniquus.

Non iudex: nec tu testis iniquus eris.

¶ Præcipit ne puer sit derisor, aut somniculosus. i. deditus nimio somno: nec vocatus p̄  
re ad iudicium sit iniquus iudex, aut testis mendax.

Omnibus in rebus studeas, præcor esse modestus.

Sis audis laudis, sit tibi cura boni.

Sic bene moratum laudabimus atq; colemus.

Sic & honorus eris, sic eris ipse grauis.

¶ Varia præcipit & primum dat generale præceptum de modestia seruanda in omnibus  
rebus de qua solet dici, Omnibus adde modum: modus est pulcherrima virtus. Et Ho-  
ratius in primo sermoni. Est modus in rebus sunt certi deniq; fines. Quos vltra citraq;  
nequit consistere rectum. Deinde cohortatur ad audiretatem laudis, & ad eam, quam san-  
ctam æmulationem vocant: & ad curam omnis boni & honesti: hoc enim pacto inquit  
efficietis vir honorus & grauis. Moratus dicitur qui habet bonos mores, & morosus qui  
nimis est & difficilis in moribus.

¶ Secundus libellus huius opusculi:

**N**unc facilis aures animum quoq; trade serenum.  
Morigerare mihi, mollia iussa dabo.

¶ Præcepturus alia iterum facit auditores attentos & beniuolos: præcaturq; vt accom-  
modet sibi faciles: id est promptas & dociles aures, & animum serenum: hoc est cæteris  
curis vacuum, additq; o puer morigerare: id est morē gere mihi, & dabo tibi præcepta  
mollia: id est facilia & non dura.

Non sum qui laudem, summo te accumbere mane.

Iudice conueniens me dabit hora cibum.

Nec vos ante focum cœnas producite longas.

Hoc faciat caupo, qui sapit ista fugit.

¶ Monet ne a prima luce incipiat ingurgitare vsq; ad suprema. Summo mane. Plautus  
secundum Seruium declinauit, & dixit ad mani. Focus est locus vbi ignis fouetur. Cau-  
po qui vinum vendit: & caupona domus eius, quam galli tabernam vocant.

Sterne thoros nitide, lautosq; appone quadrantes.

Atq; salem & cererem, flumina vina dapes.

¶ Describit officium eius qui seruiat mensæ seu accumbentibus, dicensq; primum sters-  
ner thoros, i. lectos, quia in tricliniis olim discumbebant. Etiam licet ad thoros nō sede-  
mus, tamen sternendi & abdendi sunt: deinceps cautos & mundos quadrantes qui pla-  
risq; in locis ex quadrato pane sunt aut ex metallo: si vero rotundi sint orbes vocantur,  
vulgus scissoriam vocant. Cum inter ferula primum apponet salem, quem nouissimum  
rollet. Sciat autem recens grammaticus salem pro cōdimento etiā masculinum esse: sed  
auertat peritior in nominatio dicitur neutrum reperiri. Vnde astranius. Quicquid lo-  
quuntur sal merum est: quod aspexisse Terentium puto vbi dixit. Qui habet salem quod

Doctrina mensæ.

in te est. q. d. quod salcum alii interpretantur. i. quam rem vel quod videlicet habere sal-  
lem in te est. Tum apponet cererem. i. panem. Tum flumina. i. aquam mundam,  
num & nouissime dapes.

Te vitare velim cupidus ne vt lurco sonoras

Contractes fauces, mandere rite decet.

Et licet antiqui cubuissent pectore prono.

Te colla hæc. atq. recta tenere iubet.

Et finitio mensis cubitis hæere potentis.

Tu tantum faciles pone reponere manus.

¶ Moner vt honestus sine honoritate oris comedas: vt rectus mensæ non incumbens se-  
deas. Lurco dicitur qui cum auiditate lurcat, id est cibum ingurgitat. Lurca autem est os  
culei vel vtrius: vnde luxcones capacis gula homines.

Tuq; puer iubeo sed eas vel raro: sed assans.

Pocula mitte celer, pone reponere dapes.

Iuraq; conuiuas super importare minister.

Est uge: nam turpis saepe fit inde toga.

¶ Ne autem sibi semper sedendum puter, motiet vt raro sedeat: vel dic prius locutum  
fuisse de diuitis & herili filio nunc defamulo, vnde dicit. Tuq; puer. &c. Docet præterea  
celeriter dapes & pocula ponere atq; reponere, sed caute sic vt iura. i. liquores vel in qui-  
bus decoctæ sunt non fundantur in discumbentes vel eorum vasis.

Quodq; iubebit herus facilis semperq; subito.

Quemq; tibi dederit tu tibi sume locum.

Quodq; vir egregius pauido tibi porriget, illud.

Sumelibeas: grates aptaq; verba refert.

¶ Pulchre præcipit vt scholastici morigeri sint atq; non difficiles, sed dum iubentur assis-  
dere parent fumentes locum a domino seu patrefamilias assignatū: sumantq; cū gra-  
tiarum actione bolum a maioribus porrectum.

Esto tribus digitis: magnos nec sumito morsus.

Nec duplices offas mandere vtrinq; iubet.

¶ Docet quomodo & quantum capiant cibum dicens. Esto. i. comede tribus digitis, sci-  
licet pollice & duobus proximis, nec tumito magno morsus, nec iube te mandere, id est  
masticare vtrinq; .i. ab vtraq; parte oris duplices offas. i. frusira & pulmenta.

Dapsilis & largus semper blandeq; sodali.

Impartire tuo, pauperibusq; dapes.

¶ Innirat ditiores ad beneficentiam & largitatem dicens. Tu dapsilis & largus impartia-  
re, id est partem largire tuo sodali. i. qui tecū sedet & laetis rebus vacat, & pauperibus da-  
pes, id est cibum. Impartire hic est imperatiui modi verbi de ponalis. Legitur etiam  
impartio actiuum.

Nec nos obsecros laudabimus aut comedones

Esse decet viuas, viuere non vt edas.

Nam cibus nimis capiri stomachoq; nocebit.

Corporis & vires ingeniiq; rapit.

Doctrina mensæ.

Monet iterum vitare gulositatem propter damnū & turpitudinem quæ ex ea sequitur. Manducationes qui nimis sitim dunt dicuntur, sicut & manducationes bibones qui nimis bibunt. &c. Esse decet. Ordo es. Decet esse. i. manducare. (Est enim ab edo nō alium infinitiuius) supple vt viuas, & non decet viuere vt edas, Reliqua nora sunt.

Gaufape non macules aut pectora, nec tibi mentum.

Stillet: sitq; tibi manus inuncta caue,

Sæpe ora & digitos mappa siccabis adapta,

In quadra faciet non tua palma moram.

¶ Iterum cohortatur ad munditiam seruandā inter comedendum dicens. Non macules gaufape. i. illud quod super mensam sterneritur. nec macules cibo aut potu pectora tua. aut mentum non estillet tibi ex cibo aut potu dependente. & caue ne manus sit tibi inuncta. i. pinguis. siccabis autem & terges sæpe ora. i. labia & digitos mappa. i. mantili adapta. i. ad hoc tibi dato. Et tua palma. i. manus, sed maxime palma nō faciet moram in quadra. i. vasculo escario. siue quadra fuerit more italico siue aliud.

Quod tibi vicinum fuerit tu sume, sodali.

Cede tuo, referat dum tamen ille manum.

Dumq; in frustra secat caueas sumpsisse recisa.

Lurco legit duces absq; rubore bolos.

¶ Pulchre docet quis cibus sumendus est & quādo. dicens q; is qui ante quemlibet potus est, hoc est in proxima parte escarii, & non est sumendus donec sodalis manum redderit, ne priusq; tecum obsonium recisum fuerit. Ordo est. Tu sume quod fuerit siue causa siue maiore sic volente tibi vicinum, tamen cede tuo sodali. i. noli simul cum eo cibū capere. dum. i. donec ille referat. i. reducat manum. & caueas sumpsisse frustra. i. particula recisa. id est iterum incisa. Nam primum in maiores deinde in minores particulas scinduntur. Caueas inq; sumpsisse, dum. i. q; dudum minister vel sodalis tuus secat. i. diuidat in frustra. Lurco. i. ligurgio vel ligurgitor: & vorax homo legit. i. excerpit absq; rubore. i. pudore & verecundia dulces bolos quos quidem morcellos dicunt,

Non manibus gremio inmissis tibi velicet vnguis.

Quot fumes, residens non agitato pedes.

¶ Monet ne immoderatus & inhonestus sis in mittendo manum in gremium tuum vel ad pudenda, & postea cibum velicando cum eisdem vnguibus quibus & illa. Item præcipit ne pedes agites, maxime in crura tecum accumbentis, quod in honestum esset.

Iticidatq; priusquam dens contundat ofellam.

Tingantur rursus ne tibi morfa caue.

Nec linguas digitos, nec rodas turpiter ossa.

Ait ea cultello rodere rix potes.

¶ Item docet quo pacto comedes dicens. q; incidas prius ofellam. frustum carnis. Erant enim qui ofellam putant esse panem temperatum, vt dicunt, iure, cum sit caro ipsa forte iure conspersa. Habet autem ofella primam breuem & scribitur vno. f. & ossa, primam longam scribiturq; gemino. Incidas ergo prius ofellam. i. paruo frusto carnis quam dens tuus contundat. & caue ne morfa tibi, id est a te hoc est ne ea qua tu mo-nordini se mel, seu panis sit seu obsonium tingantur. id est intingantur rursus id est iterum in eicazium vbi ius est. Item nec id est non, & tu non linguas digitos, nec rodas ossa turpiter,



Doctrina mensar.

videlicet cerdentibus aut vnguibus. Tu autem potes radere ea cultello: id est carnes abstrahere duciter; vnde addit rite, id est decenter.

Siue super mensam cortex cumuletur, & ipsa.

Ossa vel in pateram præ pedibus iace.

¶ Docet quomodo super frusta congreges. Nā si ita ceteros facit tate videbis congregas corticem panis, pomorum, & rases super mensam, ossa autem vel in pateram id est vas patens & amplum ad hoc oppositum: vel iace ea sub pedibus: sic tamen vt neminem contingas, nec doffenas.

Ne tanq̄ ficos tenta nec delige frustra.

Et quocunq; manū huc tibi lumen eat.

¶ Monet ne frustra obsoniorum turpiter attrahemus priusq̄ sumamus, & adhuc in hostem ius esse attrahata deferere. Ordo est. Nec tenta. i. frequenter tene. nec delige. i. ex multis tibi ad eligendum segregata frusta obsoniorū tanq̄ ficos. i. sicut tentant qui ficos emunt & lumen id est visus vel oculus eat. i. dirigatur tibi huc. id est in hanc partem, quocunq; .i. in quacunq; manū tua gerit: hoc autem dicit ne quid delicias aut fundas aut frangas, aut turpiter contractes non videndo quo manū impellas.

Nec sociam torue inspicias quidue edert ille.

Aduertas gestus inspice sepe tuos.

¶ Monet iterum vt oculos custodiamus ne inepte & truculenter sodales inspiciamus, aut obseruemus quid comedant. Econtrario autem gestus & mores nostros sepe conspiciemus: vt si quid obseruet corrigamus.

Pocula cum sumas tergat tibi mappa labella.

Si tergas manibus non mihi carus eris.

Vna manusumat pateram: ni hanc iactet in hostem.

Theseus, aut Beli sint monumenta patris.

Aut si hanc binis manibus captabis: id apte.

Efficies digitis pocula sume tribus.

¶ Docet quomodo pocula sumes, dicens q̄ prius terges ostium mappæ non manibus & sumes vascula vna manu, immo tribus dumtaxat digitis. sed pateras. i. vasa tā magna vt non possint cōmode sine periculo effundendi vna manu leuari sumas deceter vtraq; manu. Ordo duorum versusum mediatorum est. vna manuumat pateram quam galli rasiam vocāt. ni. i. nisi theseus virilis & fortissimus iactet hanc. i. huiusmodi pōderis in hostem. i. lapithas, aut nisi sint monumenta belli patris elisse, de qua & eius patera, sic Vergi. i. eneid. Hic regina grauem gemis auroq; poposcit, impleuitq; mero pateram quam belus & omnes a bello soliti. &c. populus. i. filius nostris, de theseo & bello diximus.

Et teneas oculos: nec supra pocula fare.

Plena aliquo vita sit tibi bucca cibo.

Deme merum ciatio: multum ne forte super sit.

Quod nolit socius sumere rite tuus.

Doctrina mensæ.

Qui sapit extinguet multo cum fonte falernum.  
Et parco lympham diluet ille mero.

Iterum docet quomodo & quid bibes, tenebis inquit oculos ne vagentur dum bibis, cauebis ne multum loquaris tenens poculum in manu, curabis habere os evacuatum cibo priusquam bibes in ciatho focii non sines vinum eua porare, sed si non ebiberit, aliud infunde, aut si eodem vase bibis non plus infundes quam tu ebiberis. Si vinum acrum & fumosum est diluitur aqua, merum dicitur purum & immixtum, & subauditur vinum. Falernum est vinum ardens & nobile, quod in falerno monte campaniæ nascitur. In ultimo versiculo dicitur h ypalage est. ut si diluet lympham parco mero pro eo quod est diluet parcum merum lympham. Aut reuera vult tantum aquæ esse debere, vt non equam in vinum, sed vinum etiam modicum in multâ aquam funderi videaris. Diluo equo positum est a di, & luo, vel radi & lauo, quod in compositione fit luo, vt proluo, diluo, abluo, & sunt tertiæ coniugationis, sicut aliquando lauo lauis lauit, per tertiã coniugationem declinatur.

Non facies binos haustus, nec fessus anheles.

Sit ilia nec labiis stridula pome tuis.

Nec cito sorbebis velut oui lutea grati.

Nec nimium tarda sume falerna mora.

Vnum siue duo ad summum tria pocula sumes.

Si hunc numerum excedes iam mihi potuseris.

Fac videas quodcumque bibes, modicumque pitissa.

Crater siue calix det tibi vina breuis.

Docet quomodo bibendum sit, dicens primo, quod vno tractu bibes, nec tam longo vt pome anheles ac sibilis. Secundo vt temperate ne tam cito ac si luteam, i. rubrum oui sumas nec nimis lenta mora. Tertio vt non saepe, & dicitur ad summum ter. quod si frequentius biberis reputaberis potus, i. ebrius. Quarto vt caute bibas ne cogaris poculum assumptum deponere aut damnum incurras, ad quod remedium est vt inspicias quid bibas, & pitissa sc. i. tenuiter probare, & ideo ne potus quem respicis multus sit, mo ne te cui vasculo vti

Os quoque tergebis semper post pocula: palmas.

Abluo quum mensas deseris atque labra.

Inflectensque genu iungens quoque brachia, proffit.

Dicito: sed tolles ordine quoque suo.

Postquam ostendit quomodo ad mensam accedendum est & quomodo in ea manducandum & bibendum sit, ostendit quomodo ab ea discedendum sit dicens, quod post potum tergebis os: & abluas palmas postquam desereris mensam similiter & labia. Discedens autem inflectes genu, & iunges manus proffit quod honeste dicitur. Nam proficiat ineptum, & proficere inopportuna. & imperiosus videtur: hoc dicto tolles omnia quibus usus es debito ordine, & illis suo loco repositis ablutus abeas quo te vocant officia. Hæc ad suspiriana facti sit annotalle: plura in syluis nostris qui vult videbit, huiusque apicem nostrum adianctum sinet.



Ecce factis est mundum comemq; accedere mensam.  
Ni probus in cunctis prospiciare locis.

Proinde puer qualem satages deducere vitam.  
Te perq; paucis admonuisse velim.

Mane exspectus quas condidit optimus auctor.  
Christusteas referes supplice mente preces.

Deinde salutatum properabis vtrunq; parentem.  
Et cuiuscunq; tuæ cura salutis erit.

Tum quemcunq; vides venerandum religione:  
Sanguine: canicie: moribus: officio.

Huic si forte sedes, satagas assurgere, si stas:  
Aut transis, retegen tempora flecte genu.

Tum præceteri tibi patris amore colendis:  
Auribus atq; oculis menteq; verba cape.

Quæ si forte tibi minus intellecta reliquit:  
A condiscipulis sunt repetenda tuis.

Intellecta autem: nemo neglecta queraris:  
Inscribe nitido sæpe legenda libro.

Tandem vbi doctus eris, reliquum est bene viuere cures.  
Ignarisq; tibi cognita præcipias.



PAULI ANTONII NEBRISSENSIS GRAMMATICI ET  
 rhetoris relectio noua de accentu latino, aut latinitate donato, quam  
 habuit Salmantice, III. idus Iunias, Anno, M. D. XIII.



T si omnes disciplinae, quae actione aliqua siue contemplatione permittuntur, maxima ex parte circa res difficiles ambiguas incertaeque versantur, tamen propèriori quodammodo id cotidie in re literaria experimur, atque vrbomittamus illa quae sunt nobis inspirata diuinitus, quibus nihil certius esse potest, quid est quod humana diligētia possit assequi, nisi hallucinans & quasi per noctis umbras aliquid explorans? Tam illa quae primum certitudinis gradū obtinere dicitur mathematicos doctrina, tētis hodie tenebris inuoluta est, vt pauca illius vestigia extent. Nam de physicis quora pars rerum est inuenta quas natura in sinu maiestatis suae reposuit? Excutiamus nūc artes illas quarū finis est actio, atque ciuilem imprimis quae intra se omnia illa cōplectitur quibus humana societas consistat. Accipe quid de illa philosophorum maximus dicat. Iusta inquit & honesta de quibus ciuilis cōsiderat tantā varietatem & discrepātiā in se habent, vt lege dumtaxat & cōsuetudine, non autem natura consistare videantur. Medicina quoque siue sit illa methodica, siue clinica, siue empirica nihil est incertius cū pro loci, pro temporis, pro aetatis, pro medicamentorum ratione laborat, atque subinde nouitatibus vsa mutetur. Nolo nūc commemorare aliarum artium in-

consantiā, venio ad grammaticē cui ratio dicendi cōiuncta est, quae cum sit ex diuersorum tēporum authoribus aut ex cōtēporaneis discrepantibus collecta nihil prope modum certi ac de finiti de ea tradi potest. Quare illud vnicū tantae ambiguitatis remedium est nobis reliquum: vt optimi cuiusque authoritati innitatur, Qui sunt autem optimi, aut qui aliis praesiantes aliubi est a nobis copiosius disputatū, sed cum sint alia cōplura quae longa desuetudine intercedunt: illud imprimis est quā proferēdis verborum syllabis a plarisque omnibus peccat, tum in extensionis quantitate, tum acumine & grauitate. Nam cum inter alias syllabae accidētias dux potissimum sint necessariae, extensionis quāritas & sublatio, atque depressio, nemo est hodie qui syllabas suae tēporis duratione proferat, hoc est breuē vno tempore, longam duobus etiā si artis praecēpta calleat, quae de haec ratione traduntur. Quid quod neque satis cōpertum est a grammaticis de quibusdam longae ne an breues sint? Nam quis hoc die scit quae tēporis duratione proferatur inclytus quae in sanus in prima syllaba. Quia si dicis, quae breui quia per naturam semper breuiatur, etiā si possessione sit longa, quomodo non quā in carmine reperitur breuis, nisi cum vocalis sequitur, vt inanis, iners. Aut si longa est natura sequēti cōsonante, quomodo Cicero de oratore ad Brutum dicit, quae inclytus breuiat & insanus producit? Verba illius sunt, Inclytus dicimus breui prima. Insanus producta, insipies, inhumanus breui, infelix longa. Itaque iam syllabarum quantitas ad nullos alios vsus est necessaria, quā ad examinanda carmina, & ad accentus rationem ad extensionem contractionemque nihil profus, cum indifferenter longis pro breuibus, a breuibus pro longis vsuramur. sed cum in arte mea de accentu latino regulas proponerem, cur cum longe lateque paterent. In angustias quasdam contractaui. Aut quid mihi venia mētem, vt cum Quintilianus libro primo institutio num oratoriarum latinū accentus regulas simpliciter & sine vlla exceptione traderet, ego illas in arcum quēdam locū angens artis difficultatem cōtraxerim. Hoc est in nigrū canis dila vertere in tenebra. splendore cōspicua. Apud nos inquit ille, accentus latinatio breui. ita est. Namque in omni voce acuta intra numerum trium syllabarum continetur.

Relectio.

siue hæc sint in verbo sola, siue vltima, & in his aut proxima extrema aut à fine tertia. Triam porro ne quibus loquimur media longa aut acuta erit, aut flexa, eodem locis vniq; tertiam acuet. Est autem in omni voce vtiq; acuta, sed nunquam plus vna, neq; vnquam vltima, ideoq; in bisyllabis prior acuta. Præterea nunquam eadem flexa & acuta, quia eadem flexa ex acuta, vtiq; neutra claudit vocem latinam. Ea vero quæ sunt syllabæ vnus erunt acuta aut flexa, ne sit aliqua vox sine acuta. Quid apertius dici potuit, aut quid simplicius? Atq; vteandem præceptionem nobis inculcaret, idem sæpe, sed aliis verbis repetit. Est inquit in omni voce acuta syllaba, neq; vnquam vltima. ideoq; in bisyllabis prior. Et subdit, q; accentus acutus in pænultima, aut in antepænultima, circû flexus in vltima aut in proxima à fine semper collocari debet. Idem quoq; auctor libro eiusdem operis duodecimo, vbi oratore officio inuitat, moribusq; informat. Accentus inquit cum rigore quodam, tum similitudine ipsa minus suaves habemus, quod in vltima syllaba, neq; acuta vnquam excitatur nec flexa circûducitur, sed in grauem, vti in duas graues cadit semper. Vides quemadmodum per abnegationem interponit decretum irritans, cum dicit neq; vnquam vltima, & vtiq; neutra claudit vocem latinam, sed in grauem, vel in duas graues cadit semper. Quæ generalitate nullis coarctat limitibus nulla exceptione contrahit, nullis præscribit finibus. Quidigitur sibi voluit quod in calce nostrarum introductionum dicimus accentus latini regulas tot modis fallere? Ac primo quidem distinctione, hoc est differentia causa. Secundo abscissione. Tertio attractione. Quarto interrogatione. Nam de synepia hoc est de consequentia & deidiomatia postea differemus. Ego tibi ó amice, vt ingenue verû fatear, quo tẽpore rudimenta illa in vulgus adidi, non putaram tãto cõsensu omnes Hispanos meos in sententiam meã ituros, itaq; non fueram ausus immutare quicquam ex iis vocalationibus quæ illorum auribus iam pridem infederant, cū presentim essent auctores, quibus possent errata sua defendere. Nam quis mihi crederet, si iam in principio dedissem præceptum, quod incrementis verborum proferendum esset. Amauerimus amaueritis. Docuerimus docueritis, & similiter cadentia, accentu in pænultima circûflexo. At qui iam nemo est vel medio critere doctus, qui sic non proferat, tantum potuit efficere iuncta cum ratione auctoritas. Quod spero etiam futurum in iis vocibus, de quibus in præsentiarum disputaturi sumus. Fallunt inquã regula superiores. Et primo quidem distinctione, hoc est differentia causa. Idq; quosdam putasse debere fieri. Quintilianus refert. Ceterum iam scio inquit eruditos quosdam, & nonnullos etiam grammaticos sic docere, ac los qui, vt propter quedam vocum discrimina verbum, interim acuto sono finiunt, vt in illis. Quæ circum littora circum piscosofscopulos, nisi grauem posuerint secundam circûcus dici videatur, non circuitus. Quod nullo modo posse dici. Quintilianus statim ostendit dicens. Mihi videtur conditionem mutare, quod in his locis verba coniungimus. Nam cum dico circum littora: tanquam vnum dico dissimulata distinctione. Itaq; tanquam in vna voce vna est acuta, quod idem accidit in illo. Troie qui primus ab oris. Hæc Quintilianus, & subdit. separata vero hæc a præcepto nostro non recedent, quod perinde est, ac si dicat præpositiones suo casui præpositas cum illo coalescerent, communemq; accentum habere, quando quidem vna vox vtraq; particula censetur. ita tamen vt præpositio nis syllabæ omnes grauentur, & accentus accomodetur diuisionis cui præpositio illa deseruit. Quod si præpositio separetur quod potest fieri cum contra naturam suam ponitur, vt cum Vergilius dixit. Transita per & remos, & alio in loco. Errabãt aucti satis mari omnia circum, aut per se præpositio sine suo casu proferatur. vt cum dic

eo circum præpositio iungitur accusatiuo, palam vero ablatiue, tunc Quintilianus dicitur  
 Id rales voces à præcepto suo non recedent, hoc est quæ sequuntur regulas accentus  
 latini perinde, ac si essent per se dictiones. Quod vero Quintilianus ait diuinctionem il-  
 lam sine differentiæ causa in aduerbiis tantum vindicasse quosdam, id sibi non placere  
 ostendit cum regulas proponens nihil excipit. Sed neque legi quæquam cuius auctoritas  
 admitti debeat, qui hoc scripserit. Neque audiui quæquam virum doctum, qui huiusmodi  
 loquendi ratione sit vsus. Quod si quis mihi Priscianum obiecerit, qui non mihi huic  
 præceptioni obstat, ut me aliquando tantis questionibus explicem. Principio non admira-  
 tam libellum qui sub illius nomine inscriptus de accentu vulgo circumfertur, idque do-  
 ctissimorum consensu atque compluribus argumentis facile comprobatur. Nam quæ de  
 aduerbiis libro quinto decimo, atque de aliis partibus orationis aliis in locis scripsit non  
 sunt in altificianda, cum habeam auctores optimos quorum testimonia possim illi opo-  
 nere. Seruius in illud ex gneidis Vergilianæ libro sexto. Illius ergo venimus. Ergo  
 inquit coniunctio fait. sed per accentus mutationem in aduerbium transit, & est sola par-  
 ticula que habet in fine accentum circumflexum. Quod si sola igitur alias aduerbium  
 loci & temporis non circūflectitur, id quod Priscianus putat, Idem quoque præcipit cõpo-  
 sita ab inde tertiam à fine debere acui: ut deinde: exinde, proinde, perinde. Et quando,  
 ut Aliquando, Nequando, Si quando. Quam pungendi rationem Aldus manutius ses-  
 quitur. De quo quid nos sentiamus postea dicemus. Idem adhuc Priscianus asserit ab  
 orsum composita, ut Dextrorsum, sinistrorsum, deorsum, seorsum: & ab hac particula  
 versuscum postposita componitur: ut Italiam versus, eadem quoque tertiam à fine acue-  
 re: non ob aliam rationem nisi ut sub vno accentu prolata de mō: reatur esse composi-  
 ta. Non tamen in eadem reperit sententia: sed asserit ad hanc causam minus aptā,  
 quam sibi magis placere dicit, particulas videlicet illas, horum & verum habere vim  
 quandam inclinandi ad se nomina supraposita: quemadmodum illa, quæ, ne, ve, quas vo-  
 cant inclinatas ex eadem ratione de quibus dixi. Eandem compositionem scilicet causam esse  
 dicunt cur illa mutant accentum ex penultimâ in tertiam à fine deinceps: de repente:  
 de improviso: & à propter composita: ut à propter quâ propter: & à longe. ut de longe:  
 à longe. & à circum. ut circum circa: idcirco: & complura alia ad hanc modum, ut dum  
 taxat: ex aduersum. quæ omnia Quintilianus & doctorum vsus excludit. Alii præ te-  
 rea differentia causa accentu acuto in vltima proferenda esse illa: profecto: partō, immō:  
 ne videantur coincidere cum datiuus quosdam nominum. Cur non aduerbia illa quæ  
 ipsa datiuo terminatione similia sunt quibusdam nominibus adiectiuus verfallō: certo:  
 manifestō, consultō: crebro: autipicatio: auguratō: sedulo, præcario, merito: raro: modo:  
 cito. Ad quod illi respondent id non debere fieri nisi in illis tantum: vbi auctores diffe-  
 rentiam facere voluerunt. Sed qui tandem obsecro sunt illi auctores? vbi latent? unde  
 sunt petendi? Nonne cōmodius multoque simplicius est Quintiliani præceptum: qui nihil  
 tale nos curare præcipit, sed tantum: ut accentus latini regulas teneamus? Quod si vtille  
 ait consuetudo vicerit: vetus lex sermonis abolebitur, totamque hoc negotio quod gram-  
 maticen appellamus: nomen est inane. Sic apud grecos accentus ratio diuicilior: sit apud  
 nos quam breuis in a habeant illi accentus magi varios: quia plures habent dialecticos  
 hoc est loquendi genera, sit nobis vnum atque simplex dicendi genus sicut illis dialecticos  
 cumque volent accentus suaves atque ipsa varietate dulces dum nobis relinquunt graui-  
 tatem: atque constantiam: quibus fas colimus seueriores. Maneat igitur nobis in hac par-  
 tes fixam indubitatum præceptum: siue siate cõpositio ex aduersis particulis, siue inuicem

apponantur semper obseruandos esse tenores propositis de latino sermone regulis, hoc est nunquam in fine acuendam, aut circumspectendam esse syllabam, nisi in illa quae penultima est. Neque dicendum cum imperita multitudine, planē, sanē, vna ponē, ferē, ferimē, ergo, alias, vltima acuta aut circumflexa, sed contrario priori acuta aut circumflexa, sequenti vero deiecta. Quod si penultima per naturā fuerit longa, in eadem accentum debere collocari. Neque cum vulgo proferas prima acuta adprime, siue apprime, sed media adprime, siue apprime, quia eadem est longa. Non enim uero siue at aero penultima acuta, sed penultima enimaero, at aero. Quod si fuerit breuis, in tertiam a fine esse transferendum si dictio sit composita, vt in illis, admodum, quemadmodum, propemodum, postmodum, postmodo, quodam modo, huiusmodi, istiusmodi. Si vero compositione non coalescant, suo quoque accentu erunt proferenda, vt si tribus particulis solatis dico quemadmodum.

¶ Idem quoque dicendum de illis multo magis, siue multo magis quanto magis, siue quanto magis, multo minus, siue multo minus, paulo minus, siue paulo minus, nihil magis, siue nihil magis, nihil minus, siue nihil minus, Alioquin si componitur accentu in penultima, si vero non componatur, sua quoque particula suum accentum habebit. Ex hac ratione tenus praepositio cum postponatur semper contra naturam praepositionis, si componitur remittit accentum ad syllabam praecedentem, vt haec tenus, quatenus. Si vero non componitur suum per se accentum retinebit, vt erurum tenus, capulotenus, pubetenus. Illa tamen quae corrupta in compositione veniunt, siue ita coeunt vt non possint separari, si penultimam habent breuem regulam accentus generalem sequuntur, vt al iubi, si cubi, i nubi, idē idem, idē idem, interealoci, obiter, & huiusmodi. Secundo inquam accentus latini regula fallit in dictionibus abscissis, quia in eadem syllaba retinetur accentum in qua fuerat ante abscissionem, quemadmodum in nominibus propriis secunda declinationis in ius, syllaba desinentibus, quae us, mutata in, e. apud antiquissimos formabantur vocandi casum. vt hic Vergilius o Vergilie, hic Ouidius o Ouidie, hic Mercurius o Mercurie, antepenultima acuta, propterea quod penultima breuis est. Deinde us, finalis abscissa sequens, atque proinde saeculum eruditius protulit, o Vergili, o Ouidi, o Mercuri, accentu acuto in eadem syllaba, hoc est penultima, quanquam sit breuis, quod est contra latini sermonis regulam. Quis hoc dicit? Priscianus opinor in secundo de octo partibus orationis volumine, cum de uocatiuo singulari declinationis secunda agit. Ae qui. P. Nigidius figulus apud Gellium libro noctium Atticarum duodecimo aliter sensit, reiciendum esse videlicet in tertiam a fine, quoniam penultima sit breuis. Nigidii verba referente Gellio ex grammaticorum commentariorum libro quarto & vice simo sunt huiusmodi. Voculatio inquit qui poterit seruari, si non scimus in nominibus, vt Valeri, vtrum in interrogandi an vocandi sint casus? Nam interrogandi secunda syllaba superioritono est quam prima, deinde nouissima deit. i. ur. At in casu vocandi superioritono est prima, deinde gradatim descenditur, sic quidem Nigidius praecipit, sed si quis nunc inquit Valerium appellans in casu vocandi secundum praecceptum. Nigidius accuserit primam, non multum aberit quin rideatur. Hac Gellius, Voculationem appellat Nigidius, quem nos accentum. Casum interrogandi quem nos genitiuum, quia per illum interrogamus cuius est aliqua res. Casum vocandi, quem nos uocatiuum. Sed cur in uocatiuo Nigidius acuit tertiam a fine, & in genitiuo penultimam. Illa nimirum ratio est, quod uocatiuus id est simpliciter, genitiuus id est dupliciter scribitur, quae prolata coalescunt in synaeresim, retinent tamen propemodum vim suam, Sed dic mihi rogo te,

vtri magis credendum esse censet. Prisciano homini nouitio, atq; omnium reprehens  
 obnoxio, an Nigidio omnium iudicio viro eruditissimo? Nemo est vel mediocri  
 ter in re literaria doctus, qui nō in Prisciano aliquid desideret, aliquid detrahat, aliquid  
 scriptum negligentius existimet. Idq; iam vulgo per se iam est, vt illius auctoritas non  
 admittatur, nisi in iis quae aliorum testimonio probat, aut quae aliorum sententia dum  
 taxat non aduersentur. At de Nigidio figulo audi quid Gellius in libri vnde vigesimi  
 calce scribat. Aetas inquit, M. Ciceronis & C. Caesaris praestantes facundia viros pau  
 cos habuit doctrinarum autem multiformium variarumq; partium quibus humanitas eru  
 dita est, culmina habuit. M. Varronem, & P. Nigidium, & quae sequuntur. Sed obiciet  
 mihi quispiam rursus, cur igitur contra Nigidium preceptionem dedisti, q; abscissione  
 accentus latini regulae fallit? Nimirum quia illud vulgo proponebatur, sed quid ego de  
 ea sentirem in commentationibus in quibus cum eruditioribus loquor, manifeste ex  
 stendi. Quamquam, P. Nigidius inquam vir sui faculi praeter vnum Ciceronem omnium  
 eruditissimus putauerit in casu vocandi huius nominis Valerius, primam accentu acu  
 to esse proferendam. Quod & si Gellius scribit non defuisse qui irrident, ego tantum  
 Nigidio tribuo, vt cū eo libentius velim errare, quam cum omnibus neotericis literaru  
 toribus verum dicere. Scribit praeterea Priscianus libro quinto, q; nomina in as, desinen  
 tia si sunt latina & patria, debent in sine circūflecti, vt arpinās, suāinās, capenās, effertq;  
 eius rei causam, quia per synopān profertur, antiquissimi enim huc & haec arpinas  
 & hoc arpinate proferebant. Idem quoq; de pronominibus illis nostras & vestras vult  
 intelligi. Quintilianus aserte nihil tale praecipit, neq; quod ego legerim quisquā hoc scrip  
 sit, cuius modo auctoritas sit recipienda. Nam quod Probus grammaticus in illius Ver  
 gili ex tercio aeneidis. Humo fumat neptunia Troia, scribit, exponendum esse fumar  
 pro fama sit, atq; idcirco fumar vltimam debere circūflectere, merito a Seruio in eodem  
 loco exploditur, neq; vilo modo est admittendū. Sed neq; illa quae sunt adico dicis, duco  
 duois, & facio facis cōposita, quae abiciunt, e. literam finalem in secunda persona singu  
 laris praesentis imperatini modi, alio modo sunt proferenda q; secundum regulas accen  
 tus latini. Sicut neq; aduerbia illa, isthuc, illuc, isthic, illic, & similia, neq; obitae sunt  
 abscissa ab eo quod est iustuce, illuce, iam, donec, siue ex quod est abscissum ab eo quod  
 donicum, siue ex regula de accentu latino tradita in primam circūflectit. Tertio inquam  
 accentus latini regula fallit attractione siue inclinatione ex natura (vt aiunt) quarūdā  
 particularum quas dicunt habere vim attrahendi, siue inclinandi ad se vltimā syllabam  
 dictionis praecedentis. Graeci tamen aliter dicunt appellari apud se quasdam particulas  
 incliticas, hoc est inclinari as, non quod ad se inclinet vltimas dictionum praecedentium  
 syllabas: sed q; ad illas suos accentus remittat. Sed siue hoc siue illud sit, quod adra  
 tionem prolationis attinet, nihil refert. Sed habent graeci huiusmodi particulas inclina  
 tivas, quibus est consuetum acuire vltimas dictionum syllabas, idq; apud illos habere  
 nescio q; tam sua aetate, Quintilianus dicebat. Latini sermonis contactudo huiusmodi  
 accentus quasi peregrinos potuit reformidat. Quis igitur praecipit illud primum in  
 da vitae aut vnde factum est? quod tam pertinaciter indoctorum animis infederit vt nihil  
 sit quod maiori contentione defendatur? Quibus a suspulantur non in tam conditionis ho  
 mines, sed maximi in re literaria viri. Atq; in primis Aldus manuus, qui nāquam ali  
 ter per angit libros, quos per totum orbem terra dispersit. Sed quid si Quintilianus nihil  
 tale praecipit? Quid si nemo eā hodie: qui virum doctum mira loquētem audierit? neq; vt  
 opinor Aldus ipse vnaquam est locutus. Igitur Aldus (quispiam dicit) aliud facit, aliud



## Relectio.

præcipit. Sic est profecto plenaque huiusmodi erroribus est vita. Sed in hoc peccare quiddam accidit, ut contra falsam præceptum recte homines loquantur eruditi, atque rebus eduerso bene præcipiant, & agant male. Sed esto, syllaba inclinatiue particulæ in a cumbens acuenda sit, id quod est in nostris præceptionibus traditum, num ira debet acui ut isti faciunt? hoc est excitato ac vehementi quodam sono? Cur igitur dediti nobis præceptum quod erat deducendum? Nimirum quia illic cum vulgo, hoc est, tum pueris rudibus, cum præceptoribus parè eruditis, cum sacrificiis & æditis res agebatur. Quod genus hominum nihil probat, nisi quod didicit atque plarumque nouitaribus offenditur. Quos cum recta non possemus adoriri, dolis fuerunt circūueniendi. Diximus namque huiusmodi syllabas non incitato illo accentu proferendas quem latinus sermo recusat, sed elementiori & qualis est fere quem ipsum moderatum appellabant. Idque restati sumus in commutationibus nostris quibus non iam discipulos quam præceptores artis literariæ insinauimus. Sed de his hæc enus, nunc ad reliqua pergamus.

¶ Diximus accentus latini regulam quarto deficere interrogatione, quoniam vltimas clausularum syllabas interrogando inspicimus. Quod nimirum ecclesiasticæ faciunt, cum psalmos, prophetias, epistolas, euangelia, & doctorum expositiones populo audiente pronunciant, vel potius sub obscure cantant, atque vno prope ductu syllabas omnes efferant, nisi quatenus distinctiōis gratia quasdam sesquitono, quasdam diapente, hoc est tribus tonis cum dimidio submitunt. At cum est interrogandū quartam a fine deiiciunt semitono, tertiam sesquitono, deinde penultimam tono, atque vltimam rursus attollunt sesquitono, ut sit vltima syllaba par quintæ præcedenti. Quam monotoniā, id est eiusdem toni similitudinem fugiendam esse in pronuntiatione Quintilianus præcipit. Neque enim omnia submisso, neque omnia elato, neque omnia medio quodam sono, atque sub vno denique aspectu sunt proferenda, sed faciendi sunt quidam dictionum syllabarumque flexus, prout verborum, aut sententiarum, aut ad sequentiā transitus ratio exigerit. Aliiter namque ea sum claudimus recitando Iuuenalis illud.

Vexatus totius, rauicitheseide coctri?

Aliter illud eiusdem.

Nonne libet medio cerasimplere capaces.  
 Quadriuius? Illic namque acuius finem, at hic grauamus. Itaque nulla de his certa regula tradi magis potest, quam de interiectionibus, quas omnes scribunt pro mentis nostræ affectu, aut pro arbitrio esse proferendas. Audiui ego nuper Bernardum gentilem siculum ordinis prædicatorum fratrem qui carmina sua quedam mihi recitās accentu acuto omnes clausulis non sine decore ac venustate fini ebat. Deficiant præterea latini accentus regula idiomate, hoc est cum dictiones peregrinæ sermoni latino miscerentur, de quo in calce introductionum latinarum diximus.

Hebrææ voces plerumque in fine acuiuntur.  
 Non tamen & semper, quia sæpe in fine grauantur.  
 Id quod alexander de ceptus forte putauit.  
 Si casus græcos vsurpet sermo latinus.  
 Accentu græco talis vox est referenda.  
 Græcæ sit atque vox, sed declinata latine.  
 Accentus noster casus moderabitur illos.  
 Nam quemadmodum in tertia repetitione diximus, de accentu latinarum dictionum



multa à multis prodita sunt, at de hebræycis & græcis cū infermonem latinum non mu-  
 literatura transferuntur, quod essent accentu proferendæ, neminē adhuc certi quicquid  
 prodidisse. Quo in loco & si non nihil de accentu græco attigimus, atq; illa ex eadē parte  
 coniecimus in quoddam opus, quod cum eiisdem introductionibus vulgo circūferuntur  
 non tamē pigebit me nunc ea ipsa repetens iterumq; monere. Neq; enim fortasse ad rem  
 tam insueram atq; proinde pleriq; ignoratam vna via perueniri potest. Sed antea quam  
 ad græcarum dictionū accentus veniamus reddendum hoc in loco est, quod desynepia  
 sumus polliciti nos esse dicturos quod cum dictione hebraica siue græca finitur in syllaba  
 acuta, sequiturq; ante casum siue clausulā aliqua verborum series, dissimulatur accētus  
 ille acutus, & pro illo ponitur grauis, vt quod in genealogia saluatoris nostri legimus  
 apud Mattheum. Liber generationis Iesu christi filii Dauid filii Abraam. Abraam autē ge-  
 nuit Isaac. in priori loco Abraam accentu acuto in fine profertur, quia casum finitur. In  
 sequenti grauis ponitur pro acuto, quia sequitur genuit Isaac. Idem est dicendū de clau-  
 sulis sequentibus. Igitur hebraicis vocibus in aliud tempus reiectis, de græcarum dictionū  
 accentu quæ sermoni latino intermisceri consueuerunt, pauca in presentiarū per-  
 stringemus. Hæc omnes cum apud illos in quinq; declinationes distribuantur, a nobis in  
 tres dūtaxat priores reducuntur. Nam per quartā & quintam nullum est græcum nomen  
 quod inflectatur, sed neq; latinum quod quidem sit proprium. Nomina quoq; in quibus  
 declinatio græca cū suo accentu ab authoribus vsurpata, maiore ex parte propria sunt  
 virorum aut feminarum siue locorum. Quæ quoniam in alteram linguam non debent  
 transferri, non sine causa interpretes cum sua literatura plerumq; reliquerūt. Id quod est  
 à septuaginta obseruatum quod ex hebræo in græcum sermonē transferentes raro ex pro-  
 priis nominibus quicquam immutauerunt. Posteriores audacius ex Adam adamus, ex  
 Abraam abrahamus, ex Iacob iacobus, Ioseph iosephus, atq; ad hunc modum aliā com-  
 plura interpretantes. Pari quoq; modo latini ex græco nomina propria vententes cum  
 sua literatura plerumq; reliquerunt nonnūquid illis declinationem cum sua reliquis acci-  
 dentibus accommodarunt. hinc Quintilianus de grammatica disserēs. Recentiores in-  
 quit instituerūt græcis nominibus græcas potius declinationes dare, tamen ipsum non  
 semper fieri potest, & subdit. Mihi autem placet latinam rationē sequi quousq; patitur  
 doceor. Neq; enim Calipsonem dixerim, vt iunonē, quāquam secutus antequos Casar  
 vitur hac ratione declinandī, sed auctoritatem inquit consuetudo superauit. Phocas  
 præterea vbi de græca declinatione. errant inquit qui didonis aut mantōnis dicunt ge-  
 nitivum, & vocum asperitas & veterum authoritas eiusmodi declinationem repudiant.  
 Quod si græcorū nominum græcam declinationem admittimus, & accentus quoq; græ-  
 eos cum illis recipiamus necesse est. id quod omnes ad vnum tam antiqui quam recentio-  
 res grammatici confitentur. Nominum itaq; græcorum, aut eorū quæ per græcam des-  
 clinationē inflexa latino sermoni miscētur, ne minari aut terminationes partim sumi mere  
 græce, partim mere latine, partim græcis atq; latinis communes. Mere græcas voco illas,  
 quæ non admittūt casus latinos, mere latinas, quæ non admittunt casus græcos, commu-  
 nes quæ sub eadem græca terminatione possunt græce simul & latine declinari, potest ta-  
 mē fieri vt in quibusdam magis sint in vltimo casu græci quā latini, atq; edicērio in quibus-  
 dam magis latini quam græci. Mere græca terminationes sunt illæ quas grammatici de  
 declinationi latinq; interposuerunt. Hæc sunt in a. longam quæ ad primam declinationem  
 referuntur, vt nemēa as. In e. longam quæ ad eandem primam, vt helene. e. in o. longā  
 quæ ad tertiam, vt sapho saphoos. & per s yna. resim saphis, in os. & in on breues quæ ad

secundam. ut illos ilionilium. Mere latine sunt quae graecos casus non admittunt, quemadmodum omnes quae terminatione graeca in latinam literis immutatis sunt trassa. ab helene es. helena. a. ab atrides. u. atrida. a. Communes sunt alique omnes quae sub eadem terminatione graece & latine possunt declinari, nisi qui prout paulo ante diximus latina aliis casibus magis quam aliis utantur puta in tertia declinatione accusatiuis utriusque numeri potius quam genitiuis. & genitiuis quam datiuus. In secunda quoque accusatiuo & uocatiuo frequentius quam genitiuo, & genitiuo quam datiuo. Ablatiuis tamen quo graeci carent, semper erit latinus, ac proinde accentu ac declinatione latina moderandus, praesertim si cum latina terminatione coinciderit. Nam in mere graeca declinatione ablatiuus datiuo potius assimilabitur. Sed antea quam de singulari dicam, explodenda mihi est hoc in loco Aldi manutii ratio, qua ex Quintiliani precepto uirtur in accentibus per apices designandis. Nam in terminationibus illis quae sunt graecis atque latinis communes, ego non video cur graecos potius quam latinos sequatur. Nisi fortasse, quia magis fauet graece quam latine lectioni, siue ut nos homines latinos contemnat, graecis se uocibus iacet. Quod si iam terminationes illae sunt latinitati donatae, atque omnium consensus inter latinas receptae numerantur, quae tandem cacozelia est alienis quam patriis uti malle. Igitur quemadmodum ego illi facile assentior in mere graeca declinatione ita in communi penultimus dissentio. Itaque ob hanc causam inter accentus graeci regulas proposita est a nobis uigesima his uerbis. Nominatiuis atque proinde uocatiuis singularis terminationem habens communem graecis & latinis, tamen si accentus graeco & latino proferri potest. mixtus tamen sermo, latinus secundum regulas accentus latini proferendus est. In sermone uero graeco accentus graeci regulas sequatur oportet. Est exempli causa hoc nomen atreus, quod tam a graecis quam a latinis per eus diphthongon profertur: quam terminationem latini suam facere, atque accentu acuto in prima protulerunt. At qui Aldus mauult accentu acuto in ultimo notare, quemadmodum & omnia alia nomina similiter cauentia, puta pentheus, thescus, promethcus. Alia regula quoque nomina masculina, aut feminina, aut duorum generum communia quinq; declinationis: quae ad tertiam nostram referuntur, mittuntur nominatiuis & uocatiuis pluralis in es, communem graecis atque latinis terminationem genitiui singularis utriusque linguae ratione sequuntur, illa modo differentia est, quod graeci breuiant, latini uero produciunt terminationem illam, ut quonia apud graecos nomina terminata in as. recipientia d in genitiuo acuiunt ultimam, penultima quae genitiui acuiuntur, atque ex consequentialium casuum ex regula inferiustra denda. Ego exempli causa arcas, arcados, arcadi, arcada, o arcas in plurali quoque arcades. Apud latinos tamen quia huiusmodi nomina in obliquis breuiant penultimam, accentus transferitur in tertiam a fine, ut arcas arcadis, arcadi arcadem, o arcas. Plurali nominatiuo & uocatiuo arcades. Cum itaque Vergilius in bucolicis dixit. Ambo florentes aetatis, arcades ambo. Atque ibidem. Arcades inuidia rumpantur iliaco dro. Quia utrobique es. breuiatur, contra declinationem esse graecam, & consequenter penultimam debere acui, tamen si penultima sit breuis. Accutiui tamen pluralis inter graecos & latinos manifesta est differentia ex terminatione quod illi in as. breuem, nos uero in es. longam terminamus. quare illi arcadas penultima acuta, nos arcades. antepoetultima proferamus, atque parimodo de reliquis huiusmodi. Nunc ad singulas quinq; declinationum graecarum & trium latinarum terminationes accedamus. Sed quid sibi uelit Quintilianus eam de accentu scribens ait se tuene doctissimos quosdam senes proferre solitos atreus, & nomina huiusmodi penultima acuta, ut necessario secunda esset grauis mihi non liquet. Nam terminationem

## De accentu.

illam in eis, diphthongon ex sermone graeco in latinam declinationem admittit, recte  
 rebant senes illi si non admittit perperam. Atqui omnes grammatici illam admittunt, atque inter secundam declinationis terminationes connumerant. Sed antequam ad singula descendam, repetenda sunt adhuc ex eodem loco regulae duae. Prima quod vltima dictionis syllaba existente longa non potest accentus in tertia a fine collocari, sed in poenultima, aut in vltima. Altera quod in eadem syllaba collocatur accentus in obliquis, in qua fuerat in recto. Quae regula tribus in locis deficit. Primo si in recto accentus sit in antepenultima, in obliquis vero vltima fit longa, tunc enim ex regula superioris transferatur accentus in poenultimam, ut apóstolos, apóístlos, apóístlo, apóístlon, ó apóstole, vel ó apóístolos, in nominatiuo accuatiuo & vocatiuo antepenultima acuitur, in genitiuo & datiuo, quia alter diphthongo alter  $\omega$  megare minuitur, in poenultima transferatur. Dicit quoque haec regula in nominibus quae ad tertiam nostram declinationem referuntur, quae propterea quod crescunt vna syllaba in obliquis, si accentus in recto eiu in antepenultima necesse est in obliquis insequentem transferatur, quoniam accentus in quarta a fine collocari non potest, ut a nigma habet in prima accentus, a nigmatos in secunda. Tertio deficit haec regula in dictionibus monosyllabis quae ad tertiam declinationem nostram referuntur, quorum genitiuus in os acuitur, transferuntque accensus a prima in vltimam, ut páu panós, crés cretos. Accusatiuus qui frequenter vsurpatur nominatiui accentum assequitur, ut pána, créta.

¶ Prima igitur latine declinationis vna dicitur est terminatio in .a. breui, recipit tamen & quatuor graecas in .a. longam, in .a. breuem in as. & in es. longas, quibus omnes suos casus comunicat. recipit inquam ex prima declinatione graeca duas in as. & in es. ut aneas anchises. Quarum genitiuus exit in .a. diphthongon, cui similis est. datiuus. Accusatiuus in an. Vocatiuus in .a. breuem. Ablatiuus in .a. longam. Sunt qui hos casus non a graeca terminatione in as. aut in es. sed a terminatione latina in .a. breui deducant. Et illud quod Horatius in secundo sermone scribit. ne quis humas esse velit aiaem atrida veras cur. & illud Ouidius ex. iiii. meta. Te ramen ó parui recto polidefta feriphi. Illud praeterea Seneca in agamennone. Aggrediar & te ore ita furabor libens. Illud quoque Martialis. Tercus aut ecena cruda thyer arua. Non ab eo quod est arrides, polydectes, orefies, thyefies, sed ab eo potius quod atrida, polydefta, orefia, thyefia, esie deducta. Sed cur has duas latini magis non recipiunt, quam aliam de quibus paulo post dicturi sumus non video. Sed quod ad rem attinet, plerique latinorum falluntur cum audiunt graecos putantes quod illorum verba ita sunt enuncianda, quemadmodum ab illis feruntur. Nam cum apud eos vltima existente longa accentus non possit in tertia a fine collocari, sed aut in eadem vltima, aut poenultima, siue illa sit breuis siue sit longa, cumque nomina in as. & in es. definita producantur in hac declinatione, necesse est ut poenultima etiam si breuis sit acuat. Quare illi ex sua regula dicunt andreas, pythagoras, priamides, panthoides. Non vero quia poenultima est breuis, transito accento in tertiam a fine dicimus, a. dreas, pythagoras, priamides, panthoides. Itaque apud Horatium in sermonibus, quia ex declinatione graeca legimus pythagoran, per. n. in fine poenultimam accentu acuto proferemus. Qualia inquit vincunt pythagoram, anitiq; reum doctumque platona. Apud Vergilium quoque in tertio aeneidos ex eadem ratione. priamidé helenum graias regnare per vrbe. & apud Horatium in primo carmi. Tartara panthoiden iterum orco. In vocatiuo quoque accensus apud eundem in secundo sermone. O laertiade quicquid dicam, aut erit, aut non. Parique quoque aut in errore qui obliquos, nam de rectis nolo nunc digladiarthorum nominum Esais.

Relectio.

Jeremia. Zacharia, & similiter de finentium, proferunt in pœnultima accentu acuto, cum sint omnino casus latini, habeatq; pœnultimam breuem. Eadem præterea ratio nã in errore induxit, vt nomina græca secũdũ illorum declinationis in .a. longam desinentia, pœnultimamq; breuiantia, quę cum apud illos eãdem pœnultimam siue vltimam accuant, ipsi quoq; mutata etiam declinatione quemadmodum illi proferunt cum deberent ex accentus latini regula tertiam à fine acuere. & pro eo quod illi dicunt sophia, philosophia, theologia, astrologia, nemęa, pœnultima acuta ipsi proferre deberent. sophia, philosophia, theologia, astrologia, nemęa, accentu in tertia à fine extratione declinationis latine quę vltimam ex longa in .a. breuem cõmutauit. Quod si longa vsq; iam reperitur, intelligimus declinationem esse gręcã, atq; proinde accentu gręco proferendam. Quemadmodũ apud Papinium in quinto Theba. & facilis nemęa latas euoluere vires. Quem locum Priscianus libro septimo citans nemęa inquit quia seruaui à productam accētum in pœnultima retineat acutum. Non deerant fortasse qui dicant in papinio legēdum esse pro nemęa nemęe, aut percussuram poni breuem pro longa, vt accentu latino proferatur nemęa, prima acuta. Sed nihil omnino regula vtriusq; linguę in vigore suo perfitat. Iam vero quis etiam ex doctissimis quibuscq; non peccat in proferendis nominibus in .e. longam desinentibus, quę omnia ex mera gręcã declinatione inflectũtur, in illis præsertim quę habent pœnultimã breuem. Nam cum deberet illa enũciare accentu græco, ipsi latino proferunt. penelope pro penelõpe. caliope pro caliope. helene pro helene. erigone pro erigõne. danæe pro danæe. euridice pro euridice. & fere ad hunc modũ nomina propria foeminarum præter admodũ pauca, vt agauc, chanachẽ, acuentia vltimam. Nomina quoq; regionũ, vrbium, & insularum. vt libie pro libie. asine pro asine. ithaceæ pro ithace. melite pro melite. & nomina possessiua in ce desinentia quę accunt vltimã. vt grammaticę pro grammaticę. dialẽctice pro dialẽctice, musicę pro musicę. ethicę pro ethicę. Arecto etiam in .a. breue terminato, cuius pœnultima producitur, acuturq; ante pœnultima, accentus vsurpat. vt apud papiniũ libro septimo thebaidis. Namq; ferunt raptam patris æginam ab vndis, pro quo in eruditi diceret æginam pœnultima acuta siue circumflexa. quoniam est per naturam longã. Secũda declinatio literas quinq; habet proprias terminationes in er. ir. ur. um. us. Recipit quoq; vnã gręcã atq; latinis communem in eus. diphthongon. Cuius nominatiuus quemadmodum paulo ante diximus in sermone latino, latinus potius quã gręcus censeri debet, atq; idcirco proferẽdus est accentu latino. hoc est, pœnultima acuta, cum apud illos acuat. Ex hac terminatione latini omnes casus atq; proinde accentus gręcos vsurpãt, vt tereus, pro eo quod illi dicunt tereus. In genitiuo tereos pœnultima acuta. Martialis. Elet philomena nefas in eest tereos, & qua in datiuo terei. per syna resim quoq; sicut orphi. Idem in eodem opere. Orphi caliopea litano formosus Apollo. Nam orphico & tereo latini essent casus. In accusatiuo terea, & orphica pœnultima acuta. Iuuenalis. Alcinoen bacchi thebas & terea fauti. Vergilius in buccolicis. Orphicaque in medio posuit siluasq; sequentes. Tereum namq; & orpheum casus latini sunt. Vocatiuus fere semper vsurpat à latinis, circumflectitq; vltimam, vt ò tereũ, ò orpheũ. Quĩdĩus libro sexto metamorphoseos. Vt voluere ambo voluit tu quoq; tereũ. Vergilius quarto georgicorum. Illa quis & me inquit miseram & te perdidit orpheũ. Atq; ad hanc modum reliqua in eus. diphthongon desinentia, quę sunt propria innumera. vt Tydeus, tydeos, tydeã, tydeũ. Peleus, pelcos, pelcã, peleũ. Theseus, thescos, thescã, thescũ. Achorus, achoreos, achoreã, achoreũ. Pentheus, pentheos, pentheã, pentheũ. Prometheus, promethcos, promethcã, promethcũ. Recipit etiam duas in os &

## De accentu.

In on. longas. quas illi per tertiam atticorum declinationem inflectunt. vt andrógeos, andrógeo, andrógeo, andrógeō, ð andrógeos. áthos, átho, átho, áthon, áthos. Hęc de-  
 clinatio cum suo accentu à latinis non unquam vsurpatur. Vergilius secundo aeneidos.  
 Andrógeos offert nobis focia agmina credens. Idem libro sexto. in foribus lectum and-  
 rógeo, tum pendere pœnas. Nam andrógeo genitiuus est grecus atticus. Inaeralis.  
 Creditur olim vellificatus áthos, & quicquid grecia mendax. Et Vergilius primo Geor-  
 gicorum. Aut arho, aut rhodopen. Hanc quoq; declinationem interpres vsurpauit in  
 epistola ad Corinthios prima. Ego quidem sam pauli. Ego autē apollo, qui genitiuus  
 est grecus ab eo quod est apollo. Idem in eadem. De apollo autem fratres notum vo-  
 bis facio, qui ablatiuus datiuo attico similis est. Idem in epistola ad Titum, apollo in a-  
 quit solcite permittit, qui accusatiuus quoq; atticus est, habetq; accentum in tertia a fine  
 ne, tametsi pœnultima sit longa, quod est declinationis atticę proprium. De altera ter-  
 minatione in on, longam, non succurrit exemplum quod vsurpetur à latinis.

Recipit præterea & duas alteras in os. & in. on. breues, quæ  
 per quartam declinationem grecorum inflectuntur, vt ilios, vel ilion. Nam in vtraque  
 terminatione repetitur. & ab eo quod est ilion, Vergilius tertio aeneidos dixit. Ceciditq;  
 super ion ilion. & omnis humo fumat neptunia. Troia. Ex hac terminatione maxime  
 in os latini frequenter casus rectos, atq; ex obliquis accusatiuus vsurpant cum suis accē-  
 tibus, qui sunt apud illos tam variū, vt à nobis de illis nihil certi tradi possit. Nam & pœ-  
 nultima etiam per naturam longa existente reiiiciunt accentum in tertiam a fine, quem  
 admodum in iis quoq; sequuntur. Aglauros. Acaistos. Cáyistos. Céphistos. Cýmolos. Ci-  
 páriilos. Córinthos. Eráimos. Epiros. Erimanthos. Euandros. Hellefponros. Herma-  
 phróditos. Hyacinthos. Hyméneos. Iáchos. Léarchos. Léucipos. Maandros. Nárcissos  
 Olimpos. Péloros. Pámasios, priapos. Polyphemos. Rhadamanthos. Týrannos. Aby-  
 dos. Zacynthos. Quę omnia rationis huius ignari accentum in pœnultima proferunt.  
 ex eo decepti quod si longa. Nam quis apud Vergilium, in tertio aeneidos non legit.  
 Tam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos, pœnultima acuta pro Zacynthos eadē  
 dem graui? Apud Cuiuium quoq; in hero. Et quos tulit alta Zacynthos, pro Zacynthos.  
 Et apud Martialem. Consuluit nares an olerent aera corinthon, pro corinthon. Apud  
 Horatium tamen quia declinatione latina vsus est legimus, contingit adire corinthon.  
 pœnultima acuta, Cuiuius in epistola. Leandri. In speculis omnis abydos erat, atq; rursus  
 ad Leandri. Hero. Si quis abydo venerit, aut quero si quis abydon eat, sed quia ablatiuus  
 merelatinus est, accentu latino est proferendus abydo, quem admodum apud Ver-  
 gilium primo Georgicorum, & otriferis fauce teneatur abydi. Nam quod Lucanus in  
 secundo dixit, festonq; admouit abydo. Quamquam datiuus ille communis est grecis  
 & latinis, nihil óminustamen ex iis quoq; dicta sunt accentu latino est proferendus. Atq;  
 ediuerso complura sunt pœnultimam habentia breuem eadēq; acuentia, vt à phago  
 quod est comedo, & phoreo quod est fero, & áphone siue phonos quod est ca des cō-  
 posita, cuius modi sunt Pamphagos. Sarcophagos. Lotophagos. Doriphoros. Nice-  
 phoros. Carphoros. Nephoros. Leontophonos. Miophonos, & ad hunc mo-  
 dum alia innumera que sub regulam non cadunt. Exsermonis præterea graeci idiomate  
 non pauciora sunt acuentia vltimam. vt Iapetos. Oceanos. Sperchios. Silenos. Rodan-  
 Apidanos. Aeacos. & denominatiua exeuntia in mos. Barbarismos. Soloecismos. Ple-  
 nasmos. Porthmos. Utimos. Et nomina possessiua desinentia in cos, vt grammaticos, dia-  
 lecticos, diciticos, rhetoricos, hyloricos, & multa alia quæ numero comprehendere non

Relatiō:

est, quorum accentus cum terminatione in rectis & obliquis ab authoribus vsurpatur, sed accusatiui vt paulo ante diximus frequēter, alii casus raro, vt apud eos *cosmographos*, *hespericeras*, id est promontorium hesperi, & *heliutrapeza*, id est solis mentia, & in plurimithico *nochemia*, id est deorum curus.

Tertia declinatio terminationes habet aliquanto plures quam grecorum quinta, quae adtertiā nostram referuntur, de quibus per ordinem nunc est differendum. Igitur in a desinentia, quae communis est grecorum & latinorum mittentia genitiuum in atos. tertiam i sine acuiunt in obliquis, vt *dōgma dōgmatos*, *anigma anigmatos*, *diadema diadematos*. Latini ex hac terminatione genitiuum pluralem plerumq; vsurpant, qui propter quod in on. per. o. longum terminatur, quemadmodum & omnes aliae partes orationis quae per casus declinantur, acutum in penultimam attrahit, vt epigramma epigrammatorum, & in plurimithico epigrammata epigrammaton Martialis in primo. Totus notus in orbe Martialis arguit epigrammaton libellis. Et nomen illud dei quod est inefabibile tetragrammaton cognominatur. Clemens quoque anofiris frequenter in libellis perisfiromaton citatur.

In i. i. latinum siue, y. grecum desinentia quae plerumq; vsurpata sunt atque apud grecos declinabilia sunt mittentia genitiuum in ios, vel itos, vel yos, accentum habet in prima syllaba, vt *cōmmi cōmmios*, *stīmmi stīmios*, *cici cicios*, *alphi alphios*, *cricrios*, *trophitrophios*, *gonigōnios* uāpi nāpios, *mēly mēlytos*, *mōlymōlytos*. Cuius composita retrahunt accentum in tertiam a fine, vt *hydromeli*, *cnōmeli*, *oxymeli*, *Polisyllaba* quoque, vt *cinabari*, *piperi*, *sinapi*, quod nos latinum facientes in sinapis penultima circumflexa vertimus. Latini ex hac terminatione casus tantum recto similes vsurpant.


In ω. mega desinentia quae grecorum terminatio propria est generis foeminini vltimam acuiunt, mittuntque genitiuum in oos, aut in us, per synaresim contractam accentu circumflexo, vt *didō didōos*, vel *didūs didōi*, vel *didī didōi*, vel *didī didōi*, *didō didōos*, vel *didūs didōi*, & eodem modo *sapphō sapphōos*, vel *sapphūs mantō mantōos*, vel *mantūs, cliō cliōos*, vel *clius, eratō eratōos*, vel *eratūs, echōe chōos*, vel *echūs, calypsō calypsōos*, vel *calypsūs, spiōspiōos*, vel *spiūs, iō iōos*, vel *iūs, inō inōos*, vel *inūs, lampedo lāe dōos*, vel *lampedūs, clothō clothōos*, vel *clothūs*. Latini ex hac terminatione omnes ferè casus syngrizatos cum suis accentibus vsurpant. Ouidius in primo de arte. Nec mihi sunt visae, *echo cliūsque sorores*, Idē in heroibus. An nisi legisse authoris nomina *sapphūs*. Vergilius septimo aeneidos. *Paridicæ manthūs tuscī filius annis*. Idem quoque in quarto accusatiui vsurpauit. Et nomine *didō* saepe vocaturū. Et in *priapeis*, *Atlantidemque calipso*. Haec de grecis nominibus in vocalibus terminatis, quae ad tertiam declinationem latinam referuntur possunt. Nunc de iis quae desinunt in consonantes, non quidem omnes, sed in tres tantum liquidas, n. r. s. & vna duplicem, x. Nam in i. l. & m. nullum grecum nomen terminatur, sicut nec in aliquam ex mutarum numero.

In an. i. g. itar plerumque vltimam acuiunt, vt *titan titanos*, *paean paeanos*, *pelecan pelecanos*, *pan panos*, cuius genitiuum Vergilius in. vii. aeneidos vsurpauit dicens. *Panos de moere lycei*, accentu acuto in fine ex regula superioris tradita. Accusatiuum quoque in buccolicis Mecum vna in filiis imitabere *pana canendo*, ex eadem regula accentu in prima.

In en. per. h. acuiunt vltimam plerumque, vt *hymen hymenos*, *lychen lychenos*, *aden adenos*, *folen folenos*, *trozen trozenos*. Nonnunquam penultimam acuiunt, vt *helen helenos*.

In in. per. i. o. r. a. quae alteram quoque habent terminationem in iis. vltimam acuiunt,

1882  
 Imp. Lib. Univ. T.  
 Bonn A. 1882



vt delphin vel delphis delphinis, telchin vel telchis telchinis, salamin vel salamis salamis, eleusin veleleusiseleusinis.

In yn. quoq; per ypsilon pœnultimã acuentia eandem rationem sequuntur, vt phœreyn vel phœrcys phœrcynis, pôltyrn vel pôltrys pôltyrnis.

In on, per. ω. mega quedam acuit finalem, vt sarpedôn, geriôn, amazôn, antedôn, chalcedôn, carchedôn. Quedam acuit pœnultimam, vt Platon, Zênôn, Thêôn, Achêron, Mênôn, Laocôôn, Demophôôn, Hippocôôn. Quæ tria atq; his similia circumflectunt vltimam, si duæ vltimæ contrahantur in vnam per syna resim, vt Laocôn, Demophôn, hippocôn. Ex quibus alij mittunt genitiuum in ontos, vt achêron achêrontos, mêdon mêdontos, Lacôontos, demophôôn demophôontos, hippocôôn hippocôontos. Quædã in onos, pero longũ, vt platon plátonos, zênos zénonos, babylon babylónos, thêon rhêonos, daphnon dâphnônos, platanon platanónos. Quædã in onos per. o. breuẽ, vt demon dæmonos, cânôn cânonos, iáson iásonos, agaménnon agaménnonos.

In um, per. ou. diphthongon quanquam apud græcos sunt complura mittentia genitiuum in unthos, hæc terminatio nunquam à latinis vsurpatur.

In ar, nunquam fere vsurpatur à latinis, nam quod apud medicos frequenter vsurpatur hépar hépatos, latinis vox est incognita, pro eo quod est iecur iecoris.

In er, per. h. desinentia vltimam acunt, vt Sotér sotéros, Acraéros, athér athéros, Cratér crateros, Charactér caractéros, Cremastér cremásteros, Climatér climátéros, Physetéér pbysetéros, Spinthér spinthéros. Iber vero iberos, in recto pœnultimã acuit, in obliquis ante pœnultimam.

In ir, per. i. iota, aut yr: per. u. p̄silon rara sunt acuentia pœnultimam, vt Gádyr gádyros, Mátyr mátyros.

In or, per. ω. mega acuit proximam à fine, vt Néitor néitoros, Héctór héctoros, Rhétor réthoros, Polymnéstor polymnéstoros.

In as, masculina pœnultimam acunt, vt adámas adámantos, polydámas polydamántos, ábas ábantos, apéfas apéfantos, athámas athámantos, atlás atlántos, chalcas chalcanos, cyphas cyphantos, coriphás coriphantos, eléphas eléphantos, gigas gigantes, pállas pallantos, p̄riphas periphantos, phorbás phorbantos, thaúmas thaumantos, thóas thóantos. Feminina vero vltimam acunt, assumuntq; in genitiuo, d. vt acras acrádos, elyas elyádos, dyas dyádos, triás triádos, ogdoás ogdoádos, heptás heptádos, pállas palládos, lampás lampádos, quam rationem sequitur vnũ ex masculinis, arcas arcádos.

In es, per. h. masculina pœnultimam acunt plura, ea quæ mittunt genitiuum in etos, vt crátes crátetos, chrémes chrémétos, dáres dárétos, cures curetós, laches láchetos, lébas lébetos, mágnes mágnetos, tápes tápetos, thales thálétos. Et nomina quedam latina quæ in græcum sermōnem traducta amittunt, n. atq; rursus in obliquis resumunt, vt élémē, élémētos, créscēs créscētos, púdes púdentos, prúdes prudētos, valēs valētos, pœnultimam quoq; acunt ea quæ mittunt genitiuum in os, vt composita in éneos, qualia sunt antiéthēnes antiéthēneos, calliéthēnes calliéthēneos, demonéthēnes demonéthēneos, & agēnos, vt antiéthēnes, origēnes, hermogēnes, & átelos, vt ariúctēles, praxitéles, pyrgotēles. Composita vero ácleos synarizata circumflectunt vltimam, vt agatoclēs, periclēs, sophoclēs.

In is, per. iota polysyllaba femina non habentia duas terminationes quæ mittunt genitiuum in dos, plerumq; acunt vltimam, vt enemis enemidos, crepis crepidos. Et patronymica femina sunt habentia formam patronymicorū, vt priamis priamidos,



Relectio.

areis:eneidos,thebaisthebaidos:prophetidos:poetis poetido:scalamiscalamidos:eumentiseumentidos:salmacis salmacidos,biblisbiblidos. Quaedam tamen ex his acunt pænultimam. vt thémis thémidos,cypris cypridos: pháris pháridos:eméid: eurétidos: élis elidos. Quaedá acunt ante penultimam. vt sáris charybdís: thámiris ádonis:theognis: q̄torum masculina mittunt genitiuum in dos. vt páris páridos: theógnis theógnidos, adonis adónidos. Aduertendum iamen quod mittentia genitiuum in idos. per os. pur im possunt mittere genitiuum in ios. more ionico. vt páris páridos: vel pários, mémphis mémphidos: vel mémphios.

In ois mittentia genitiuum in entos. pænultimam acunt. vt pyróis pyróentos: simóis simóentos, opóis opóentos.

In ys. per ypsilon quedam circúflectunt vltimam. vt ichthýs ichthýos: quedam eandem grauant. vt bótrys bótrýos: quedam acunt eandem, vt chlamýs chlamýdos. tethýs tethýos: erinny's erinny'os.

In os. per omega. desinentia tam habentia pænultimam breuem que mittunt genitiuum in otos. vt phileros philérotos: rhinóceros rhinocerotos, quam habentia eandem longam: que exeunt in oos. vt hérois héroos in ios minos proxima a fine acuit. Accusatiuus vtriusq; numeri vsurpatur a latinis.

In us. que per oi. diphthongon scribuntur, synaxizara a nominibus terminatis in ois. soluras: mittuntq; genitiuum in uotos. circúflectunt vltimam. vt symóis symús symáuntos, opóis opús opúntos: phycóis phycús phycúntos: hydroís hydrús hydrúntos. sipóis sipús sipúntos: amathóis amathús amathúntos, icricóis icricús icricúntos. Relectus & accusatiuus in us: vsurpatur a latinis.

In us. desinentia pænultimam acunt. mittunt genitiuum in thos: vt thiríns thirínthos. hélmíns hélmínthos. Accusatiuus vsurpatur a latinis Papinius libro. iiii. Suus exit in arma antiquam tyrintha deus.

In ps. poly syllaba tam simplicia quam composita proxima a fine acunt. vt lelaps lelapos. athiopsa thiophos: & que in genitiuo mutant. p. in. b. vt araps arabos, chalips chalibos. Sed aduertendum quod omnia habent omicron in recto preterquam hydrops & composita ab ops: quod est oculus. vt cyclops opo's myops: myopos, monops opo's. nam ab ops. quod est vox: regula sequuntur: vt microps micropos. Latini ex hac terminatione accusatiuos vtriusq; numeri vsurpant.

In ax. quedam accentu acuto in pænultima proferuntur. vt thórax acos, phéax acos córax córacos, quedam circúflectunt pænultimam: vt átlas acos, climax acos.

In ex. per e. longam acunt pænultimam, seruantiq; illud. e. in obliquis. que longu. vt myrmex ecos, nártlex ecos: scólex ecos.

Habentia tam. e. longu in pænultima breuiat in obliquis illud. e. vt alópex alópecos.

In yx. per ypsilon partim acunt pænultimam. vt bómbyx bómbycos, bebryx bebrycos, ónyx ónycos, sardónyx sardónycos, cóceyx cóceygos: órtyx órtýgos: partim circúflectunt eandem. vt céryx ycos: dædix dædicos. Latini ex hac terminatione accusatiuos vtriusq; numeri vsurpant.

In ox. per omega. megarrata sunt acuentia finalem: vt cyamotróx: ogos: atrógo: quod est voro & cyamos faba.

In. x. habentia. g. ante. y. quam nos per. n. ex. causa vni tantum mihi comperta per. n. proferimus & scribimus pænultimam acunt: mittuntq; omnia genitiuum in igos. vt phárix pháringos. Lárynx laryngo: lýnx lýngos.

200  
15  
20  
25  
30  
35  
40  
45  
50  
55  
60  
65  
70  
75  
80  
85  
90  
95  
100

